COMMENTATIONES EPIGRAPHICAE

SCRIPSIT

RICARDVS NEVBAVER

BEROLINI

APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIVM

OBERWASSER-STRASSE 11

A. MDCCCLXIX.

VIRIS SVMME REVERENDIS

IOANNI BRANDIS

ADOLPHO KIRCHHOFF

HOC OPVSCVLVM

PIO GRATOQVE ANIMO CONSECRAVIT

AVCTOR

CONSPECTUS.

„Δὲν φαίνεται νὰ εἶναι πολὺ μακρὰν ὁ χρόνος ὅτε θὰ „εἴμεθα εἰς κατάστασιν νὰ καταστρώσωμεν, τοὐλά- „χιστον διὰ τοὺς μετὰ Χριστὸν χρόνους, πίνακας ἀκρι- „βεῖς κατ' ἐνιαυτοὺς μὲ τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἐπωνύ- „μους τῶν Ἀθηναίων καὶ ἀντικρὺ τοὺς κοσμητάς, ἀντι- „κοσμητάς, παιδοτρίβας, γραμματεῖς κτλ.“

Cumanudes in Philist. IV, pag. 461.

AD CORP. INSCRIPT. GR. N°· 281.

(cf. tab. I.)

In C. I. Gr. n. 281 exhibetur tituli fragmentum admodum mutilum, qui ad epheborum res pertinet. Cuius lapidis cum alterum fere dimidium reperire mihi contigerit, haut inutile esse puto emendatum titulum hic publici iuris facere, praesertim cum hic, nunc fere integer, plurimum valeat ad aliorum eiusdem generis titulorum aetatem definiendam. In tabula titulum, compositum et quantum fieri potuit in integrum restitutum, typis reddimus, ut suis quisque oculis possit diiudicare, quo iure haec duo fragmenta unius eiusdemque esse inscriptionis particulas atque adeo dimidia dictitemus.

Editum est alterum fragmentum ab Cumanude in *Φιλίστωρ* II pag. 184 (cf. etiam I, 479, ubi idem fragmentum, sed minus integrum) et quidem — quod solet Cumanudes — minusculis, quas vocant, litteris. Quamquam nos, ut melius quomodo utrumque fragmentum alteri cohaereat, fiat perspicuum, et hoc fragmentum in composito titulo exhibuimus uncialibus. Fragm. ex C. I. 281 repetitum in tabula significavimus litt. I, alterum ex Philist. sumptum litt. II.

Atque inventum est fragm. II, Cumanude teste, Athenis prope ecclesiam S. Demetrii »*τοῦ Κατηφόρη*«. Fragm. I servatur Florentiae, olim in villa Riccardiana; saepius est editum. Qui primus particulam quidem fragmenti I edidit, Montfauconius (Diar. Italic. pag. 361) narrat esse quasi turriculae marmoreae. Non suo iure

obloquitur Corsinus (Fast. Att. IV, pag. 174). Immo ex Montfauconii descriptione marmoris demum intellegitur, quî fieri potuerit, ut alii aliter in editis fragmenti I exemplis tres tituli columnas inter se collocaverint. Et vero Cumanudes ad tit. *Φιλ.* I, 479 annotat.: »*ἐπὶ τριῶν τεμαχίων λίθου Πεντηλεσίου, ἅπερ συναρμοζόμενα ἀποτελοῦσι (κολοβὸν) σῶμα τριγωνικὸν μὲ πλευρὰς ὑποκοίλους;*« idemque ad II, 184: »*παρετηρήσαμεν ὅτι εἶναι σχήματος τριγωνικοῦ*« cet. Sane ergo intellegenda est turricula eaque trigona ac non — in quo Corsinus erravit — quadrata. In trigona autem turricula, sicuti in rotunda, fieri posse, ut ea quae ultimo loco sunt scripta, legantur tanquam sint prima, quis est quin intellegat? Itaque qui primam columnam eam, quae a tribu Cecropide, secundam quae a voce »*θεοῖς*«, tertiam, quae a tribu Erechtheide incipit, exhibuerunt, non eo arguendi sunt, quia falso descripserint sed quod non a prima columna in legendo titulo initium ceperint. Unice autem recta columnarum descriptio cum per se satis patet tum fragm. II perspicue demonstratur; Cumanudes nimirum a recta columna in legendo profectus est. Unde cognoscitur, ne Boeckhium quidem recte columnas disposuisse, quod cum ipse non sub oculis habuerit marmor, non est mirum. Itaque nos, relicta Boeckhii dispositione, primo loco collocavimus, quae in C. I. 281 est media columna; secundam, quae ibi prima. Errasse denique Corsinum, (F. A. I pag. 174) quod primam quae nunc collocetur columnam superius fuisse scriptam censuerit, jam nunc manifesto apparet, quippe fragmento II revera tres continentur columnae, non — id quod ex Corsini sententia efficeretur — duae tantummodo. Montfauconii l. l., Corsini l. l., denique Gorii (inscript. Etrur. I n. 86) exempla edita denuo contulimus. Sed nihil magni momenti, quoad varias lectiones, ex hisce repetendum erat, quod non et ipse Boeckhius iam receperit. Nonnulla tamen, ex Gorio aut Corsino a nobis sumpta, sua loco notabimus.

Iam ut fragm. I, II unius inscriptionis esse particulas doceamus, non opus est multis. Primum utrumque fragmentum ad ephebορum res spectare unus quisque vel primo obtutu cognoscit. Est nimirum utrumque particula catalogi epheborum, quales plurimi adhuc Athenis sunt inventi. Accedit quod quae in fragm. I desiderantur, fere cuncta in altero inveniuntur. In huius generis sci-

licet titulis prima plerumque columna continetur index generalis, qui complecti solet aut sola magistratuum magistrorumque gymnasii nomina (cf. ἐφημ. ἀρχ. περ. B. no. 199 Φιλ. IV, pag. 344, 4. — IV, 559, 1. —) aut una cum his gymnasiarchos (cf. C. I. gr. 272) aut denique etiam agonothetas (cf. Φιλ. IV, 168, 2. — IV, 272, 3). Quorum cum quidam in fragm. I requirantur, inveniuntur, ut iam dixi, in altero. Quamquam hoc sane iam non potest rem diiudicare; possit nihilosecius utrumque fragmentum ab altero plane alienum esse. At respicias, quaeso, in tabula vers. 8—11 (Col. II), et vers 7—17 (Col. III): iam dubitationi locus non erit; itaque de ea re verba facere supervacaneum: adeo omnia hoc fragmentorum loco sibi cohaerent ac congruunt. Haec sola annoto. *Vs. 9* (Col. II) supplemus Ἀ[ρ]αφ — scl. Ἀραφήνιος, haut dubie recte. *Vs. 8* (Col. III) nescio an non aliter possit suppleri nisi Εὐοδι[αν]ός; de nomine Εὔοδος cogitare vetamur, quia exstat ΕΥΟΔΙ | ΙΟΣ atque in frag. I ΙΟΣ ab omnibus praebetur. — *Vs. 9* (Col. III) in fragm. I Cors. male ΙΟΣ, Gorianum apographum ΟΣ recte; etenim in fragm. II Cumanud. praebet Σοτήριχ; efficitur igitur nomen ΣΟΤΗΡΙΧΙΟΣ;[1] aliter haberes Σοτηρίχιος, quale nomen adhuc non innotuit. — *Vs. 12* (Col. III) fragm. I Gor. Σ ΡΑΚΛΕΩΝΟΣ, Cors. ΡΑΚΛΕΩΝΟΣ, recte; nam in fragm. II exstat Ἄνδρων Η.... conficitur ergo nomen Ἄνδρων Ἡ|ρακλέωνος. — *Vs. 10,* Col. III. Cumanudes praebet, quasi vocem integram legerit, Αιαντιδος; in fragm. I autem ex huius tribus nomine restat ...ΟΣ. Utrumque contingere non potest. Exspectamus Cumanudem legisse Αἰαντιδ... Facere ergo non possumus, quin hunc arguamus, quod parum accurate descripserit tum quidem, quum denuo titulum edidit (II, 184); nam in tit. apographo I 479 nescio an typographi culpa omissum sit unci signum [: ibi enim non scribitur Αἰαντίδος sed Αἰαντίδ ος; quamquam, ut dixi, II 184 scribitur Αἰαντίδος; eâdem neglegentiâ vs. 13 (Col. III) in apographo II, 184 quidem scribit Ἀντιοχίδος, contra in I, 479 Ἀντιοχίδο[ς, id quod desideratur. In hisce nimirum minutiis ne Cumanudes quidem satis accurate agit in describendis titulis. Itaque nihil est, cur hac in re haereamus: certo

[1] Nomen Σοτήριχος sine dubio prave scriptum pro Σωτήριχος.

erat in lapide vs. 10 *Αιαντιδ*, vs. 13 *Ἀντιοχιδο*. — *Vs. 16*, Col. III sine dubio recte supplevimus: *Χα[ρ]εισίου*; demi nomen est *Ἀλ[ωπεκῆθεν]*; quod utrumque eo confirmatur, quod familiam quandam Charisiorum huic demo ascriptam fuisse elucet ex *Φιλ.* I. 384, 4, ubi vs. 76 et vs. 77 Col. II sub tribu Antiochide recensentur ephebi *Χαρείσιος Χαρεισίου Ἀλωπ¯* et *Δίφιλος Χαρεισίου Ἀλωπεκῆθεν*. —

Vs. 16 (Col. III) post tribûs nomen exstat ΤΑ; spectant hae litterae ad versum antecedentem ac sunt demotici nominis reliquiae. Sine dubio in versu 15 demotico scribendo locus non erat: quadratarius cum omittere nollet sculpsit supter lineam, id quod saepius in hisce titulis cerni potest, veluti ob eandem causam vs. 14 scriptum est ΜΑΡΑΘΩΝΙΟ with Σ written above the final Ο. — Demi autem nomen videtur fuisse ΤΙΤΑ¯ id est compendium pro *Τιτακίδης*. —

Atque haec hactenus. Priusquam autem quanti titulus sit momenti demonstremus, singula quaedam notanda sunt.

Columna I continetur index generalis, scl. magistratuum magistrorumve nomina, exceptis subsophronistis et cestrophylace, una cum gymnasiarchis. Col. II complectitur *πρωτεγγράφους* i. e. Athenienses ephebos octo priorum tribuum ab Erechtheide usque ad Oineidem, quam ex nostro supplemento sequuntur subsophronistae et cestrophylax. — Col. III denique continet ephebos Athenienses ceterarum quinque tribuum et *ἐπεγγράφους* i. e. peregrinos ephebos. —

Vs. 1, Col. III in lapide exstat *Θ*, quod initialem litteram nominis proprii cuiusdam fuisse haut facile crediderim, cum non pateat, cur hoc unum nomen non cum ceteris infra sub tribu Oineide recensitum fuerit. Accedit quod vs. 1, Col. I formula *Θεοῖς τύχη* prorsus, quod sciam, est singularis (cfr. Franz, el. epigr. pag. 318, 7). Itaque nescio an, respecta littera *Θ* in Col. III, vs. 1 per tres columnas sculptum fuerit *Θεοις τυχη* [*ἀγα*] *θ* [*η*]. — Formulam *τύχῃ ἀγαθῇ* habes etiam C. I. gr. 378. 2525, b. — Quod ex vocabulo *ἀγαθη* hodie nihil superest nisi *θ* non est mirum, cum, ut Gorius firmat, in toto lapide litterae »hodie vetustate valde sint detritae.« — Denique vocem *τυχη ἀγαθη* non ut nominativum esse intellegendam satis constat: hoc tempore iota mutum solet omitti. —

Col. I, vs. 2—6: *εἰκοστοῦ ἑβδόμου ἔτους ἀπὸ τῆς θεοῦ Ἀδριανοῦ πρώτης εἰς Ἀθήνας ἐπιδημίας.* Annus sic efficitur. Phlegon Trall. de mir. c. 25 notat: »*ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ —, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ.*« Hi consules fuerunt a. U. C. 865 (cf. Clinton, fasti Romani pag. 96). Quod datum si in Graecos annos redegeris, efficitur annus aut Olymp. 222, 3 = $\frac{111}{112}$ aut Olymp. 222, 4 = $\frac{112}{113}$, quo Hadrianus archon erat. Nos cum Westermanno (in libro Pauly, Real-Encyclopaedie I, b, 2. edit. pag. 1476) illud alterum praeferimus et Hadriannm a. $\frac{111}{112}$ p. Chr. archontem fuisse volumus certis quibusdam de causis, quas hîc afferre longum est.

Proinde hic titulus cum 27 annis post exaratus sit, incidit in. Olymp. 229, 2 (a. U. C. 891/892), $\frac{138}{139}$ p. Chr. Simul hinc docemur, quod iam Corsinus l. l. pag. 139 observavit, a primo Hadriani Athenas adventu Atheniensibus exstitisse novam numerandorum annorum epocham, quem morem etiam in aliis civitatibus esse receptum Boeckhius ad h. tit. firmat. At non publice recepta videtur Atheniensibus haec annorum numerandorum ratio; nusquam enim alibi memoratur; accedit quod in tit. *Φιλ.* I, 381 legitur: *ἐπὶ Τιβ. Κλαυδ. Ἡρώδου ἄρχοντος τρίτου ἀπὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ μεγίστου αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ*; ibi ergo numeratur inde ab eo anno, quo imperator Hadrianus Athenas venerat, i. e. ex Corsini (F. A. II, 106 sqq.) calculis 132 p. Chr., ita ut ille titulus exaratus sit a. 135 p. Chr. Habemus ergo alteram numerandi rationem, quae, altera etiamtum usitata, ipsa iam in usu erat. Itaque fieri nequit, ut aut haec aut illa annorum computandorum ratio apud Athenienses quidem recepta fuerit publice. —

Vs. 7—8. Recte a Boeckhio suppletum [*ὁ κοσμ*]*ητὴς* [*τ*]*ῶ*[*ν ἐφή*]*β*[*ων*]; cetera ΤΙΑ... ΕΝΟΚ..... sunt fortasse *Τι. Α*[*ὐρ. Ξ*]*ενοκ*[*λῆς*], quamvis possis supplere etiam *Ξ*]*ενόκ*[*ριτος* aut *Ξ*]*ενοκ*[*ράτης* aut denique *Μ*]*ενοκ*[*λῆς*,[1] nescio an non aliud.

---

[1] Invenitur quidem hoc nomen in Papei lexico (1867. pag. 901) sumptum ex Mion. III, 316.

Vs. 9. 10. Iam Corsinus suppleverat recte: *ἀνέ]γραψεν [το]ὺς ὑπ' α[ὑτῶι] ἐφήβο[υ]ς.* — Huius formulae de varietate cf. cap. II.

Vs. 11. Boeckhius: *ἐ]πώ[νυμ]ος [ἄρχω]ν...*, ex nomine ipso restat *T.....*; restituere non possum; an de Taurisco cogitandum est, ut qui hac fere aetate archon fuerit. Cf. index archontum.

Vs. 12. 13. Boeckhius: *ἀ]ν[τικ]οσμ[ητ]ή[ς*, de quo supplemento vix dubitandum. Nomen excidit; demi nomen videtur fuisse *'Εστια]ιόθεν.* Litterae quae sequuntur ΙΗΠ meo iudicio in lapide fuerunt ΗΓΕΙ, quod supplendum in ΗΓΕΜ[ΩΝ, quale munus inter epheborum magistratus recenseri solet. Nomen evanuit; demoticum fuit *Προ]ςπάλ[τιος.*

Vs. 15 exstat: .... Ν·Σ..... Qui epheborum catalogos accuratius inspexerit, facile supplebit: ΣΩΦΡΟ]Ν[Ι]Σ[ΤΑΙ. Hi nimirum eo minus in titulo deesse possunt, quia infra vs. 44 vel *ὑποσωφρονισταί* recensentur; hîc autem nisi recensitos eos fuisse statuimus alibi in titulo iis non est locus. Denique si non sophronistae hîc supplendi sint, frustra quaeras, qui tandem ab vs. 15—21 scripti fuerint. Etenim *κοσμητής, ἀντικοσμητής, ἡγεμών* (?) iam supra (vs. 7—14), *ὁπλομάχος, παιδοτρίβης* vs. 23—25, infra denique *κεστροφύλαξ* (vs. 51), *θυρωρός* (vs. 52), *ὑποσωφρονισταί* (vs. 44) recensentur. Praeter hos nullus epheborum magistratus magisterve, qui quidem in hisce catalalogis recenseri soleant, desideratur, nisi *γραμματεύς*, cuius ex nomine fortasse vs. 23 superest .... *ων 'Εστιαιόθεν*; subpaedotribam vero ante ipsum paedotribam scriptum fuisse non veri simile. Itaque fere nullum munus, quod exspectes, non iuvenis. Qui ergo sex illis versibus recensiti erant? Certo sophronistae, qui sex numero semper exhibeantur.

Vs. 24—26. παιδοτρίβης διὰ βίου 'Αβάσκαντος Εὐμόλπου Κηφισιεὺς permultis in ephebicis titulis comparet, cf. pag. 16 sqq. Atque omnino de his epheborum magistratibus et magistris conferas infra cap. II. et Dittenbergerum »de ephebis Atticis« pag. 26—49.

Iam inde ab versu 27 recensentur gymnasiarchi, qui semper sunt ex ipsorum epheborum numero, de qua re videas, quae infra cap. II. afferemus, ubi accuratius eam rem demonstrabimus. — Primusest *'Ηρακλείδης Σωτέλους 'Εστιαιόθεν*, quo in nomine describendo nescio an Cumanudes erraverit. Nam in tit. *Φιλ.* IV, 168, 2 circ.

a. 175 p. Chr. *Ἡρακλέων Σωτέλους Ἑστιαιόθεν* munere subpaedotribae fungitur, quiidem videatur; temporis quidem ratio non repugnat. Concedo tamen, posse etiam duos fratres fuisse, quorum nomina similia fuerint. Quod vero hic gymnasiarchus, quamvis sit ephebus, sub tribu Aegeide recensitus non invenitur, non est, quod miremur. Modo enim recensentur sub sua quisque tribu gymnasiarchi modo non. Cf. infra cap. II.

Vs. 30. *ἱερεὺς Ἀντινόου ἐφήβου* et ipse semper est ephebus. Cf. Dittenberger l. l. pag. 73. 79. —

Vs. 31. *Πυανοψιῶνα·* sic semper, excepto C. I. gr. 523, in titulis quidem scribitur,[1] aeque atque usque praebent tituli *Μουνιχιών*. Atque »*Πυανοψιών*« vetustiorem et rectiorem atticam esse formam iam Bergkius in »Beitraege zur griechisch. Monatskunde, Giessen 1845« pag. 64 docuit. Iis exemplis, quae hic. l. l. et Ahrens in Mus. Rhenano XVII. pag. 366 attulerunt ex titulis [C. I. 71, 270, 276; Rang. n. 395, 419, 559; *ἐφ. ἀρχ.* n. 3616, 3842, 4097] haecce addo ex recens repertis titulis. *Φιλίστωρ* I post pag. 56, 1 vs. 33. — I, 522, 7. — I, 384, 4. — III, 350, 1. — III, 553, 2. — III, 451, 2. — IV, 164, 1. — IV, 168, 2. — IV, 168, 3 (*Ποιανοψιών*) — IV, 265, 1 (*Πυαινοψιών*). — IV, 270, 2. — IV, 344, 4 (*Βυανοψιών*).

Iam requiruntur post vs. 32 septem mensium gymnasiarchi; itaque desunt fere 10—15 versus. — Mense Metageitnione gymnasiarchus est *Κλ. Εὔμολπος Μαραθώνιος*. Item in tit. *Φιλ.* I, 522, 7, anno 171 scripto, eodem mense gymnasiarchus est *Κλ. Εὔμολπος Μαραθώνιος*, sed diversus ab illo, filius fortasse; quod non casui tribuerim; nam simile quid saepius cernitur: veluti in tit. *Φιλ.* I, 384, 4 *Φούριος Μάρκελλος Γαργήττιος* agonotheta est *Ἀντινοείων ἐν Ἐλευσῖνι*; item in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* 2600 comparet ut agonotheta eiusdem festi quidam *Φούριος Μάρκελλος Γαργήττιος*, haut dubie illius filius. Ne longus sim, ephebis curae videtur fuisse, ut, si fieri posset, ipsi aut eodem mense aut iisdem sollennibus, quibus ipsorum patres

[1] In tit. *Ἐφ. ἀρχ.* 1457 Pittakisius quidem exhibuit *Πυανεψιῶνος·* at apud Boeckhium (Epigr. chronolog. Studien post pag. 82) in eodem titulo recte scribitur *Πυανοψιῶνος*. —

gymnasiarchiae aut agonothesiae munus praestarent. Quibus autem mensibus patres gymnasiarchi aut quibus sollennibus agonothetae fuissent, a filiis in epheborum gymnasio facile poterat cognosci ex catalogis, ut qui in gymnasio collocari solerent.

Denique aliud quoddam notandum. In omnibus gymnasiarchorum catalogis, quibus quidem menses adscripti sint, mensium enumeratio fit non inde ab Hecatombaeone, qui civilis anni initium, verum semper ab Boëdromione. Unde Corsinus (F. A. II, 403) probabile reddere conatus erat, civilem annum inde ab Hadriani tempore a mense Boëdromione initium cepisse, quo forsitan mense ille, iam imperator factus, Athenas venerit Olymp. 227, 3 aut 227, 4. Quamquam errasse Corsinum primum in eo, quod illud ad imperatoris Hadriani Athenas adventum revocandum censuerit, luculenter hodie docemur titulo *Φιλ.* III, 350, 1. Hic nimirum, uti ex ipso patet, exaratus est anno 111 p. Chr. Atqui iam in hoc titulo gymnasiarchorum catalogus incipit a Boëdromione. Inde sive Olymp. 227, 3 (4), uti Corsinus vult, sive antea, ut alii censent[1], fuit Imperatoris Hadriani Athenas adventus, hoc nihil ad rem, quae hîc agitur, pertinere satis cognoscitur. At forsitan ab Augusto imperatore ille usus repetendus, occurrat quispiam. Eum enim a. 31 a Chr. Eleusiniis mysteriis, Boëdromione mense celebratis, initiatum esse; cui rei accedere, quod Suetonius (vit. Aug. c. 19) tradat: »quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad se venisset (Augustus), initium anni fecerunt«; inde in Graeciae civitatibus simile quid usu venisse arbitrari non ineptum esse. Quamquam ne hac quidem coniectura opus est. Sane quidem, quamvis Boeckhius »de epheb. tiroc.« p. 87 (cf. ad C. I. gr. n. 270) ephebiae annum incepisse a mense Boëdromione docuerit, tamen dubitari poterat, num tum temporis non et ipse civilis annus ab eodem mense initium caperet. Poterat enim offendere, quod in ephebicis titulis semper praescribitur: *οἱ ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος ἐφηβεύσαντες,* si revera decem solum menses ad hunc, ceteri duo ad sequentis anni archontem spectent. Et vero ipse Boeckius postea de ea re dubitavit, et iure quidem, donec non demonstratum erat certis testi-

---

[1] Hertzberg, de rebus Graec. pag. 105 annum 125 p. Chr. statuit. Eusebius Chron. Olymp. 226.

moniis, tum temporis, quo ephebiae annus a Boëdromione inceperit, civilem annum certo non ab Boëdromione exordium traxisse. Sed hoc nunc quidem demonstrari potest. Ephebici enim tituli, qui ad alteram primi a. Chr. saeculi partem spectant (*Φιλ.* I. post pag. 56, 1 vs. 1, 2: *ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος τρίτης πρυτανείας, Βοηδρομιῶνος τετράδι ἐπὶ δέκα.* — Vs. 64: *ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος ἑβδόμης πρυτανείας, Γαμηλιῶνος ἐνδεκάτῃ.* — Cf. v. 73. — I post pag. 56. no. 2. no. 3. — post pag. 90 no. 4; post pag. 288 no. 5. —) docent perspicue tum temporis civilem annum ab Hecatombaeone initium cepisse. — Denique constans in ejus generis catalogis mensium sedes atque ordo hicce est:

(3) *Βοηδρομιών*
(4) *Πυανοψιών.*
(5) *Μαιμακτηριών*
(6) *Ποσειδεών*
embolimus mensis { *Ποσειδεὼν β'* aut *Ἀδριανιών* usque inde ab Hadriano
(7) *Γαμηλιών*
(8) *Ἀνθεστηριών*
(9) *Ἐλαφηβολιών*
(10) *Μουνιχιών*
(11) *Θαργηλιών*
(12) *Σκιροφοριών*
(1) *Ἑκατομβαιών*
(2) *Μεταγειτνιών*

Tituli, quibus hic mensium ordo exhibetur, pertinent inde ab a. 111 p. Chr. (*Φιλ.* III. 350, 1) usque ad Gordianorum tempora (*Φιλ.* IV. 168, 3). Inde per totum hoc tempus mensium sedem nunquam esse immutatam cognoscitur.

Col. II.

Vs. 2. *Ἐρεχθεΐδος*, item vs. 8 *Αἰγεΐδος*. In tribuum nominibus terminatio — *εΐδος* constans est imperatorum aetate; cunctis titulis exhibetur, uno excepto tit. *Φιλ.* I, 384, 4 (a. 156 p. Chr. scripto), ubi etiamtum scribitur *Ἐρεχθηΐδος, Οἰνηΐδος, Αἰγηΐδος.* In ceteris tribuum nominibus scribendi ratio variat: invenitur modo *Πανδιονίδος* modo *Πανδειονίδος*; nunc *Λεωντίδος* nunc *Λεοντίδος*

item Ἱπποθωντίδος, Ἱπποθοωντίδος (Φιλ. I, 518, 6. II, 428. IV, 168, 2), Ἱπποθεωντίδος (Φιλ. IV, 547, 2), denique Ἱπποθεοντίδος (IV, 168, 3. — C. I. gr. add. n. 305[b], ubi legitur quidem Ἱπποθεωντίδος, at in lapide est Ἱπποθεοντίδος, cf. Archaeol. Anz. 1864, pag. 165); — praeterea Οἰνίδος in ἐφ. ἀρχ. περ. B. no. 107 et Φιλ. IV, 265. Denique Ἀντιχίδος in tit. Φιλ. I, 522, 7, et Πανδειονίδης in tit. Φιλ. II, 428 (484) certo quadratarii culpae debentur.

Vs. 6. Post nomen Παράμονος Διονυσίου invenitur siglum X̄ quod sine dubio demoticum nomen significat; quodnam autem frustra quaeras. Quamvis complura nova demotica ex recens repertis titulis innotuerint, tamen de demi nomine in Erechtheide tribu, quod a littera X incipiat, adhuc non constat. Boeckhius quidem ad h. tit. proposuit Χιτώνιος, Grotefendius (de demis p. 37) autem Χαστιεύς. Quorum ille nititur scholio ad Callimach. hymn. in Artem. 225 et Meursii emendatione ad Stephanum s. v. Χιτώνη. At Broensted (voy. et recherch. II p. 261) demum Χιτώνην plane non posse statui censet. Cum vero demus Χαστιᾶ apud Hesychium s. h. v. memoretur, quamvis tribu non addita, probabilius videatur cum Grotefendio hîc cogitare de demotico Χαστιεύς. Quamquam res admodum incerta. —

Vs. 12. Ἀθηνόδωρος Ἑρμέρωτος Γαργήττιος redit in tit. Φιλ. IV, 168, 2 ut ὑποσωφρονιστής (anno 175 (?) cf. pag. 26).

Vs. 14. compendium ΠΑ¯ est Παιανιεύς.

Vs. 16. Boeckhius supplet Φειδ[ίου], recte; nomen enim Φειδίας Φειδίου sub Leontide tribu redit in tit. Φιλ. II, 428 (484) v. 136. Col. I. — Demotici siglum fuit [Ἀ]φι¯ i. e. Ἀφιδναῖος. Demum Ἀφίδνην aliquando in tribu Leontide fuisse ex Stephano constat.

Vs. 18. Ex demi nomine superest ..... θόνιος; quale fuerit ignoratur.

Vs. 29. Cum Cumanudes nihil descripserit, lapis hoc loco videtur esse detritus. Certo autem restituendum Ἀκαμαντίδος; sequuntur enim huius tribus demotica. —

Vs. 31. Demoticum fuit fortasse Ἰτε]α[ῖος. —

Vs. 32. Δεῖος Σωκράτους Σ[φήττιο]ς redit in tit. C. I. gr. 191 (a. 168 scripto, cf. pag. 18. 24) inter prytanes: est ergo ibi 49 annos natus. —

Vs. 33. restant litterae Α . Ρ . . . ., quae meo iudicio tribus nomen indicant Ἀ[δ]ρ[ιανίδος]; item vs. 36 fortasse restituendum [Οἰνεΐ]δ[ος]. —

Vs. 44. supplevimus ὑπ]οσω[φρονισταί, quod vocabulum ipsis reliquiis indicatnr. Et vero sunt sex numero, quot usque recensentur. Inter eos Ἑρμία[ς], idem fortasse, qui tribus annis post in tit. Φιλ. II, 164, 1 ut σωφρονιστής comparet; quod inde fit verisimile, quia hi epheborum magistratus non raro per plures annos in gymnasio morati ab inferioribus muneribus ad altiores gradus paullatim ascendunt. —

Vs. 51. κεστροφύλαξ, quo de munere cf. infra cap. II. Nomen fuerit Ἀσ[κληπιάδης].

Col. III.

Vs. 4. Fortasse Εὔβ]ιοτος Ἑρμολάο[υ.

Vs. 5. Δε]ίφιλος restituendum ex lacunae spatio, quod nomen legitur in C. I. 194; possit etiam suppleri Δίφιλος aut denique Διείφιλος, quod nomen habetur in Φιλίστ. IV, 168. 2. — *Vs.* 8. fortasse Ἀθην]ίων Ἀνθεστηρίου. — Demoticum certo fuit Μελιτεύς; nam in titulo Φιλ. IV, 344, 3 vs. 30 Col. II comparet Μάρκος Ἀνθεστηρίου Μελιτεύς. — *Vs.* 9. fortasse Λυ]σίμαχος.

Vs. 12. Σοτήριχος prave ab quadratario sculptum pro Σωτήριχος, aeque in tit. Φιλ. IV, 265, 1 vs. 39 Col. III. Σοσίπατρος pro Σωσίπατρος, denique alia similia occurrunt plurima in titulis huius temporis. — *Vs.* 17. 18. Ἀγάθων Ἀγάθωνος et Ἀρτέμων Ἀγάθωνος sunt fratres itaque ex vs. 18, ubi demoticon est Ἀμ[φιτροπῆθεν], hoc idem in vs. 17 est reponendum.

Vs. 20. compendium nominis ΟΥΛ. est Οὔλπιος. — *Vs.* 31. Siglum ΑΠ¯ est Ἀπολλωνιεύς, item vs. 32 Ἀπολ¯.

Vs. 35. Cumanudes notat: »κενὸν στίχος.« At detritus potius lapis fuerit eo loco, et vix dubitandum, quin inde ab hoc versu secuti sint ἐπέγγραφοι, praesertim cum quae ab vs. 35 sequuntur nomina, minoribus, Cumanude teste, litteris sint exarata. — Ἐπέγγραφοι sunt adscripticii, i. e. peregrini ephebi.

Atque haec de ipso hoc titulo. —

Ut iam initio diximus, multum confert haec inscriptio ad aliarum quarundam aetatem atque adeo annum accurate definiendum, qua ipsa re quorundam archontum anni certo statui poterunt. Nimirum, qui hoc in titulo memoratur *παιδοτρίβης διὰ βίου Ἀβάσκαντος Εὐμόλπου Κηφισιεὺς* redit multis in aliis titulis. Quorum cum in quibusdam additum sit, quemnam annum munere is fungatur, tempus accuratius definiri poterit, dummodo constet, quo primo anno ille paedotribae munus subierit. Hinc tota quaestio pendet. Atque hoc ipsum reperisse nobis videmur. Eodem enim hoc anno, quo titulus, de quo adhuc disseruimus, exaratus est, i. e. anno 138 p. Chr., Abascantum iniisse perpetuum paedotribae munus contendo. Sane quidem in titulo expressim non additum est »*ἔτος α'*«. At demonstrari poterit aliis argumentis.

Ac primum quidem in tit. *Φιλ.* IV, 164. 1 Abascantus quartum annum munere iam fungitur. Exaratus est ille titulus, ut ex ipso patet, sub imperatore Antonino. Unde efficitur, ut titulus, de quo adhuc diximus, utqui a. 138 p. Chr. sit scriptus, incidat aut in primum aut in secundum aut denique in tertium Abascanti munere fungentis annum. Hoc praemittendum erat. Iam vero, ut certius statuamus, facere non possumus, quin ea nitamur hypothesi, quae testimoniis adhuc uti non est confirmata sic non refutata. Multa scilicet in quavis scientia valent atque adeo in usum vertuntur, quae cum nihil nisi verisimilia et probabilia videantur certis ex causis, tam diu auctoritate et fide florent, quam errata ea esse demonstratum sit firmis argumentis. Quod idem huc cadit. Versamur enim hîc in quaestione, Callippicus cyclus integer posterioribus quidem temporibus Atheniensibus in usu fuerit necne. Fuisse eum in usu aliquamdiu post Olymp. 150, 3 at non integrum per se ac solum sed secundo tantummodo loco una cum Metonis cyclo Boeckhius in libro »Zur Geschichte der Mondcyclen cet.« pag. 56 sqq. iam pridem demonstravit duobus titulis, in quibus simul ex Metonis et Callippi cyclorum rationibus tempus definitur.[1] Hanc duplicem autem temporis definiendi rationem haut

[1] Haec cum iam scripsissem, gratia praeceptoris mei carissimi A. Kirchhoffii accepi mutuum librum Boeckhii: „Ueber die vierjaehrigen Sonnenkreise der Alten" (Berol. 1863) quo in libro pag. XIV ipse Boeckhius duplicem illam temporis de-

ita longum tempus perdurasse per se intellegitur. Immo verisimile est, integrum mox solum receptum esse Atheniensibus Callippicum cyclum, Metonico plane relicto. Et vero ipse Boeckhius l. l. pag. 62 hanc sententiam tuetur dicens: »man sollte denken, nachdem man einmal angefangen hatte, secundaer auch Kallippisch zu datiren, werde man bald ganz zum Kallippischen Kalender übergegangen sein.« Atque hoc, ut iam dixi, mihi quidem revera factum videtur; quod idem certo et ipse Boeckhius censuisset — patet hoc ex iis, quae attulimus, eius verbis — nisi aliter ut statueret commotus esset titulo C. I. gr. 267, qui anno 53 p. Chr. non intercalari sit scriptus, cum tamen ex Callippico cyclo intercalaris annus postuletur. At is scrupulus nunc quidem removetur. Primum enim ex ea re, quod illo in titulo duodecim gymnasiarchi recenseantur nequaquam — uti Boeckhius voluit — effici annum tituli non intercalarem fuisse, infra in cap. II. accurate docebimus. Accedit quod archon Dionysodorus, illo in titulo memoratus, ne cadit quidem, ut Boeckhius censuit, in a. 53/54 p. Chr. sed in a. 52/53 quod item infra demonstrabitur. cf. index archontum. Itaque ille Boeckhii scrupulus etiamnunc non restat, neque quidquam est, quod posterioribus temporibus Callippicum cyclum non in usu fuisse putare nos iubeat. Atque adeo statim ab initio receptum eum esse Augustus Mommsenius censuit. Non sum is profecto, qui tam gravibus et intricatis de rebus quidquam proferre nedum pro certo statuere auserim. Illud unum, quod cum per se probabile tum etiam ipsi Boeckhio — ut supra indicavimus eius ipsius verbis — verisimile sit visum, lubet nobis in usum vertere. Ponimus ergo Callippicum cyclum, semel receptum etiam imperatorum aetatem perdurasse. Ut autem, quod hinc demonstraturi sumus, clarius perspiciatur, annos qui hîc aguntur 138—175 in Callippicum cyclum redegimus. Anni litteris EM significati, sunt embolimaei vel intercalares ex cycli ratione.

---

finitionem iam non ad Metonis et Callippi cyclorum rationes posse revocari sed aliter intellegendam esse dicit. Neque tamen ea re hypothesis, qua usus sum, scl. Callippicum cyclum si minus statim ab initio at posteris tamen temporibus in usu fuisse Atheniensium, removetur.

Cycl. Callipp. (VII period.)	Anni p. Chr.	Cycl. Callipp. (VII period.)	Anni p. Chr.
12	138	31	157
EM 13	139	*EM* 32	158
14	140	33	159
15	141	34	160
EM 16	142	*EM* 35	161
17	143	36	162
18	144	37	163
EM 19	145	*EM* 38	164
20	146	39	165
21	147	40	166
EM 22	148	*EM* 41	167
23	149	42	168
EM 4	150	*EM* 43	169
25	151	44	170
26	152	45	171
EM 27	153	*EM* 46	172
28	154	47	173
29	155	48	174
EM 30	156	*EM* 49	175

Iam complures tituli exstant, ex quibus cognosci potest et quem annum Abascantus in munere sit et utrum intercalaris sit is annus necne. Sunt autem hi tituli:

Abascantus	In Φιλ. I, 164:	IV^{tum} annum — non intercalarem.
munere pae-	— — I, 384:	XIX^{mum} an.— intercal..
dotribae	— — IV, 270:	XX^{mum} an.— non interc.
fungitur.	— — I, 523:	XXXIV^{um} an.— non interc.

Supra pag. 12 demonstravimus, primum Abascanti paedotribae annum incidere intra annos 136—138 p. Chr. Proinde necessario cadunt

IV^{tus} Abasc. paedotrib. annus intra annos	139—141
XIX^{us}	154—156
XX^{us}.	155—157
XXXIV^{us}	169—171

Aliud fieri nequit. Respecta nunc Callippici cycli ratione hoc efficitur: potest sane per se IV^{tus} Abasc. annus spectare ad a. 140, non ad a. 139, cum hic sit embolimaeus, quartus Abasc. a. non embolimaeus; item potest per se XXXIV^{tus} Abasc. annus cadere in a. 170, non in a. 169, cum hic intercalaris, XXXIV^{tus} Abasc. a. non intercalaris sit. Quamquam Abascanti IV^{tum} annum ne in a. 140 quidem atque Abasc. XXXIV^{um} annum ne in a. 170 quidem posse retrudi inde iam efficitur, quod cum illud statueris, XIX^{us} Abasc. annus non quadrabit cum cyclo Callippico. Sive enim ad annum 154 sive ad a. 155 revocas XIX^{um} Abasc. annum, neutro casu annus efficitur intercalaris ex cyclo, quod tamen desideratur. In nullum igitur annum cadere potest XIX^{us} Abasc. annus nisi in a. 156. Proinde primus Abascanti paedotribae annus in a. 138 p. Chr. incidat necesse est. —

Quod si recte statuimus, non a re alienum erit, singulos titulos, quibus Abascantus paedotriba perpetuus exhibetur, suo quemque anno disponere eo consilio, ut archontum, qui iis in titulis inveniantur, annos accurate definiamus.

Abascanti paed. anni	Anni p. Chr.	Magistratus	tituli
1	138/139	Archon. *T(αυρίσκος?)* Cosmeta. ?	C. I. 281. *Φιλ.* II, 184. cf. tab. I.
2	139 *EM.*		
3	140		
4	141	Archon. *Φλ. Ἀλκιβιάδης.* Cosmeta. *Ἀρχέλαος.*	*Φιλ.* I, 164.
5	142 *EM*		
6	143		
7	144	Arch. ? Cosm. *Κλ. Χρύσιππος.*	*Φιλ.* III, 283.
8	145 *EM*		
9	146		
10	147	Arch. *Φλ. Ἀβριανὸς Παιανιεύς.* Cosm. *Ἀθήναιος Ἀλεξάνδρου.*	*Φιλ.* IV, 344. IV, 85. *ἐφ. ἀρχ.* 2235.
11	148 *EM*	*ἐπὶ ἄρχοντ]ος* TIMΑΚΛΙΛΙ . . . Cosm.?	C. I. 262.

Abascanti paed. anni	Anni p. Chr.	Magistratus	tituli
12	149		
13	150 *EM*		
14	151		
15	152		
16	153 *EM*	?{ Arch. *Π. Αἴλ. Βιβούλλιος Ροῦφος.* Cosm. *Διονύσιος Διονυσίου Ἀζηνιεύς.*	*Φιλ.* IV, 265}
17	154		
18	155		
19	156 *EM*	Arch. *Πραξαγόρας Μελιτεύς.* Cosm. *Ἀθήναιος Ἀριστοβούλου.*	*Φιλ.* I, 384.
20	157	Arch. *Ποπίλλιος Θεότιμος.* Cosm. *Τρύφων Διομήδου.*	*Φιλ.* IV, 270.
21	158 *EM*		
22	159		
23	160	Arch. *Τ. Αὐρ. Φιλήμων.* Cosm. *Στάτιος Σεραπίων.*	C. I. 271. *ἐφ. ἀρχ.* 2596. — 3233.

Abascanti paed. anni	Anni p. Chr.	Magistratus	tituli
24	161 *EM*		
25	162		
26	163	Arch. *Μέμμιος Ἐπιβωμῷ.* Cosm. *Γ. Ἰούλ. Κασιανὸς Ἀπολλώνιος.*	C. I. 272.
27	164 *EM*	? Arch. *Αἴλ. Γέλως Φαλ.*	(*Φιλ.* III, 444.)
28	165	Arch. *Φιλιστείδης Πειραιεύς.* Cosm. *Κλ. Ἡρακλείδης Μελ—*	*Φιλ.* III, 444.
29	166	? { Arch. *Σέξτος Φαληρεύς.* Cosm. *Λ. Κορνήλιος Ἀττικός.*	*Φιλ.* II, 268 }
30	167 *EM*	? { Arch. *Μ. Βαλέριος Μαμερτῖνος.*	C. I. 190 }
31	168	? { Arch. *ἀναρχία.*	C. I. 191 }
32	169 *EM*	? { Arch. *Τιβ. Κλ. Ἡρακλείδης Μελ—* Cosm. *Ἀττικὸς ... Γαργήττιος.*	C. I. 273 }
33	170	{ Arch. *Τινήιος Ποντικός* *στρατηγὸς Μ. Βαλέριος Μαμερτῖνος.*	C. I. 192. 193 *Φιλ.* I, 523 }
34	171	Arch. *ἀναρχία.* Cosm. *Εἰσίδοτος Καρποδώρου.*	*Φιλ.* I, 523.
35 † Abasc.?	172 *EM*		{ *ἐφ. ἀρχ.* 3298 } ?

Iam singulis annis notas quasdam subiungamus.

Ad a. 138. cf. quae supra pag. 1—11 disseruimus.

Ad a. 139—140. Huc spectantes tituli non exstant.

Ad a. 141. Cosmeta Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου Πειραιεύς redit in tit. C. I. 258 et audit ibi ἱερεὺς Εὐκλείας καὶ Εὐνομίας. Idem vero homo comparet in tit. C. I. 270 vs. 23 inter ephebos; qui titulus scriptus est sub archonte C. Iulio Cassio Stiriensi, paedotriba Aristone Aphrodisii fil. Rhamnusio. At incertus archontis annus. Itaque ope tituli Φιλ. I, 164 tempus in universum quidem expediendum. Nam cum qui hîc cosmeta iam est ibi inter ipsos ephebos recenseatur, necessario efficitur fere 20 annos interiectos esse inter utrumque titulum. Itaque circa a. 120 p. Chr. ille tit. (C. I. 270) est scriptus. Quod bene cum eo congruit quod ibi in gymnasiarchorum catalogo ad intercalarem mensem significandum etiamtunc adhibetur Ποσειδεὼν β′ (cf. vs. 13), nondum Ἀδριανιών: sic enim embolimaeus mensis inde ab Hadriani aetate usque in titulis vocatur; qui mos invaluisse videtur simul cum Hadrianide tribu instituta, quod si non primo at primis tamen imperatoris Hadriani annis factum esse volunt. Iam vero non solum circa a. 120 verum fortasse ipso a. 120 ille titulus scriptus sit: is enim annus revera ex Callippici cycli ratione est intercalaris. Quamquam intutum argumentum. Sed certo circa a. 120 p. Chr. In eodem titulo (C. I. 270) inter παιδευτάς i. e. epheborum magistros comparet Ἀβάσκαντος Εὐμόλπου Κηφισιεύς estque ibi sine dubio ὑποπαιδοτρίβης, quod etiam Dittenbergerus (l. l. pag. 39 not. 10) censet. Itaque iam tum, id quod minimum est, 20—25 annos natum fuisse eum oportet. Proinde a. 171, quo 34um annum munus curat, fere 70—75um aetatis annum egisse eum efficitur. Inde vero fit consentaneum ultra a. 171 haut ita longum tempus eum vixisse. —

Archon a. 141 est Φλ. Ἀλκιβιάδης Παιανιεύς; idem archon comparet in titulo quodam edito in »Ἀθηνᾶ 25. Aug. 1860«, cuius inscriptionis inspiciendae nobis non erat copia. Idem homo praeterea occurrit etiam inter prytanes in tit. C. I. 196, cuius tituli tempus sic nunc definitum est. — Idem denique archon invenitur in ἐφ. ἀρχ. no. 4008 (cf. Mus. Rhenan. XXVIII, pag. 65) ubi habemus: ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ β ο υ λ ὴ τ ῶ ν X καὶ ὁ δῆμος τὸν ἐπώνυμον ἄρχοντα καὶ ἱερέα Δρούσου ὑπάτου Τι. Φλ.

T. Φλαβίου Λεωσθένους Ἀλκιβιάδην Παιανιέα cet. Archontes eponymos nonnunquam simul sacerdotium *Δρούσου ὑπάτου* obtinuisse nota res; cf. Keil in Mus. Rhen. XXVIII pag. 64—67; schedae epigr. p. 43—45; Meier, comm. epigr. p. 72. Boeckhius (ad C. I. 264) in ea videtur sententia fuisse ut post obitum Drusi i. e. anno 23 p. Chr. illud Drusi sacerdotium cessasse statueret. Quae sententia iam Meiero (comm. epigr. II, pag. 88) perquam incerta videbatur. Nunc demum illo Ephemeridis titulo perspicue docemur vel multo post obitum Drusi sacerdotium eius remansisse. Item errat Meierus l. l., quod morem apud Athenienses obtinuisse censet ut eponymus archon qui esset etiam sacerdotio Drusi consulis fungeretur. Etenim *Ἀντίπατρος* (C. I. 282, *Φιλ.* IV, 73), *Μητρόδωρος* (C. I. 266), *Καλλικρατίδης* (*ἐφ. ἀρχ.* 640), *Θράσυλλος* (*Φιλ.* IV, 322), *Αἰολίων* (*Φιλ.* I, 428), *Π. Αἴλ. Ἀδριανός* (*Φιλ.* III, 350, 1), *Δείδιος Σεκοῦνδος Σφήττιος* (C. I. 268), *Φλάβιος Μακρεῖνος Ἀχαρνεύς* (*Φιλ.* IV, 458), *Φούριος Μητρόδωρος Σουνιεύς* (*Φιλ.* III, 60, 1), *Γ. Ἰούλιος Κάσιος Στειριεύς* (C. I. 270), *Λεύκιος Οὐιβούλλιος Ἵππαρχος* (C. I. 269), *Τιβ. Κλ. Ἡρώδης Μαραθώνιος* (*Φιλ.* I, 381. III, 63), hi omnes quamvis cuncti intra Drusi et Hadriani aetatem, per quod totum tempus illud sacerdotium perdurasse constat, archontis eponymi munus administraverint,[1] non tamen audiunt *ἱερεῖς Δρούσου ὑπάτου*. Itaque casui solum tribuendum, si qui archon eponymus simul sacerdos est Drusi consulis. Id denique observatione dignum, quod ultra Antonini Pii aetatem nullus adhuc inventus est sacerdos Drusi consulis.

Iam aliud restat dignum quod notetur. Memoratur scilicet titulo illo Ephemeridis (no. 4008) *ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων*. Senatum sexcentorum Claudio imperatore superfuisse haut pauci tituli monstrant.[2] Quando autem quingentorum senatus sit institutus adhuc non constat. Boeckhius quidem (C. I. I, pag. 323 et 900) simul cum nova tribu Hadrianide instituta senatum factum esse quingentorum censet. Eandemque sententiam omnes, quod sciam, adhuc tuentur.[3]

---

[1] Cf. index archontum Cap. XXI.

[2] Cf. C. I. 320, 361, 381, 480.

[3] Ahrens „de statu cet. pag. 29: „iam postquam Adrianis phyla sub Adriano accesserat, aliquam in senatorum numero mutationem factam esse concludere licet; quingentorum vero numerum restitutum esse, et Pausanias (I, 5. 1, I, 3. 4) et inscriptiones, in quibus sub. M. Aurelio et sequentibus quingenti reperiuntur, apertissime docent." —

At non rectam eam esse docemur nunc quidem titulo illo (ἐφ. 4008). Ubi qui archon memoratur Fl. Alcibiades Paeaniensis cum a. 141 p. Chr. munere fungatur, perspicitur etiamtunc, Antonini Pii aetate, superfuisse sexcentorum senatum. Certo autem Antoninorum aetate, non postea, senatorum numerum immutatum esse oportet.

Ad a. 145—150. Ad hos fere annos spectare tit. ἐφ. ἀρχ. περ. B. no. 107 (cf. C. I. 246, Col. III), ubi exhibetur archon *Σύλλας*, cosmeta *Ἀλκίδαμος*, infra Cap. XV demonstrabimus.

Ad idem tempus revocandus videtur tit. *Φιλ.* IV, 559, 3. Cosmetae, archontis, paedotribae nomina in lapide evanuerunt. Nihilosecius illud colligo ex quibusdam nominibus quae ibi inter ephebos recensentur, quae aliis in inscriptionibus, quarum aetas constat, redeunt, atque potissimum, cum de ceteris dubitari possit, ex nomine vs 37 ibi recensito *Σαβεῖνος Ἑρμέρω*[*τος Γαργήττιος*]; redit is in tit. *Φιλ.* IV, 168, 2 vs. 10 (Col. II) inter sophronistas. Itaque fere 15—20 anni intericiendi videntur. Cumque ille Philistoris titulus exaratus sit aut ipso anno 175 aut circa eum annum (cf. pag. 26) vocamur fere in a. 150.

Ad a. 147. De archonte videas quae infra Cap. VIII afferemus. Eodem loco demonstrabimus in hunc eundem annum incidere titulum *Φιλ.* IV, 344. Hoc in titulo inter ephebos recensetur *Κιθαιρὼν Κιθαιρῶνος Ἀχαρνεύς*. Idem homo redit in fragmento C. I. 277 estque ibi sophronista una cum fratre Stratone Cithaeronis fil. Acharnensi. Itaque fere 10—15 anni inter utrumque titulum intermittendi; proinde C. I. 277 cadit fere in a. 155—160 id est in Abascanti paedotribae tempora. Atque videtur fragmentum C. I. 277, ut quasi obiter hoc attingamus, particula systremmatis. Aliter enim vix habes quî possit intellegi, quod quattuor tantum sophronistae — in systremmatibus tot nonnunquam adscripti inveniuntur — recensentur, cum semper sint sex numero. Idem denique Cithaeron Cithaeronis fil. Acharnensis una cum fratre comparet etiam in tit. *Φιλ.* IV, 272, 3 (a. 192), ille quidem hypogrammateus, hic scriba perpetuus.

Ad a. 153. Titulum *Φιλ.* IV, 265, 1 hunc in annum revocavimus ex coniectura. Abascanti annus ibi non quidem indicatur sed comparet ibi inter cosmetae synarchontes (vs. 2. 3) *Ἀ*]*θή*[*ναιος Ἀρ*]*ιστοβούλου Κηφισιεύς* estque, cum statim post cosmetam recenseatur,

sine dubio anticosmeta. Idem autem homo in tit. *Φιλ.* I, 384 anno 156 iam ut cosmeta comparet. Cum vero, id quod in multis huius generis titulis observari potest, perpauci anni inter anticosmetae et cosmetae munera intercedere soleant (plerumque 1—3 anni), cumque ille titulus, ut ex ipso patet, intercalari anno exaratus sit, ex coniectura admodum probabili anno 153 ascripsimus. Is enim annus utrique rationi respondet. —

Ad a. 160. Ad eundem annum spectat tit. C. I. 425, unde archontem T. Aurelium Philemonem repetivimus. De titulis *ἐφ. ἀρχ.* 2596, 3233 huc spectantibus cf. infra Cap. XIV. T. Aurelius Philemon in tit. C. I. 191 est *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα.* cf. ad a. 169.— Anticosmeta est *Κασ. Ἀπολλώνιος Στειριεύς*, qui tribus annis post cosmeta comparet in tit. C. I. 272. —

Ad a. 163. Archon Memmius Epibomo Thoricius in C. I. 192 inter prytanes est. — C. I. 272 duos prorsus diversos esse titulos Boeckhius voluit. Sed nunc quidem ea sententia retineri non potest. Nam quae ibi in ornamentis inveniuntur vocabula *ἄρχων, βασιλεύς, στρατηγός, κῆρυξ* sunt epheborum, quod tum quidem cognosci nondum poterat. De ea re cf. Cap. II. Est ergo unus tantummodo titulus. Eandemque ob causam ille archon *Γ. Ἰούλιος Κασιανὸς Ἀπολλώνιος* (272 A) est eiciendus ex archontum indice, cui inscribitur apud Meierum comm. epigr. II, pag. 80, 81 et apud Westermannum in »Pauly, Realencycl. I, 2. 1866 pag. 1477, quamvis hîc apposito interrogationis signo. Quamquam eundem hominem denuo indici inscribendum esse, sed alius quia iubeat titulus isque multo posteriore tempore scriptus, Cap. V. docebimus.

Ad a. 164. Huic anno cur ascripserimus archontem *Αἴλιον Γέλωτα* mox apparebit.

Ad a. 165. Spectat huc etiam tit. *Φιλ.* I, 384. (Cf. Cap. IX.) Cosmeta est *Κλ. Ἡρακλείδης Μελιτεύς*). Signum) patris filiique nomen idem esse significat. In tit. *Φιλ.* III, 350, 1, anno 111 scripto, comparet inter epheborum magistros *Τιβ. Κλαύδιος Ἡρακλείδης Μελιτεύς*, eiusque filius sine dubio est qui ibidem inter ephebos recensetur *Τιβ. Κλαύδιος Ἡρακλείδης Μελιτεύς*. Atque hic ephebus meo iudicio idem atque cosmeta ille est, quem supra memoravimus. Quod si verum est, efficitur hunc cosmetam a. 165 septuagesimum secundum aetatis annum agere. Iam in tit. C. I. 273 fragmento comparet

archon *Κλ. Ἡρακλείδης Μελιτεύς*; temporis definitio deest quidem, at sic conficitur: est ibi (C. I. 273) inter ephebos *Τελέσφορος Μενεκράτους* [*Φιλαΐδης*], idem qui postea pluribus in inscriptionibus comparet paedotriba perpetuus circiter inde ab a. 200. Huius vero pater videtur esse *Μενεκράτης Τελεσφόρου Φιλαΐδης*, qui ipse ephebus est (in tit. *Φιλ.* 344, 3 vs. 41 Col. I) anno 147. Quibus rebus in rationem vocatis perspicitur archontem illum Claud. Heracleidem Melitensem (C. I. 273) diversum esse non posse a cosmeta illo atque adeo circ. a. 170 ponendum esse. Anni autem 163—168 et 170—171 archontibus non vacant ex nostra quidem dispositione. Itaque aut ante a. 163 aut post a. 171 aut denique a. 169 archon fuerit. At ultra annum 163 hunc retrudere non licet. Etenim cum sub hoc archonte (C. I. 272) Telesphorus ephebus sit ideoque 18 annos natus, huius autem pater ipse anno 147, ut iam supra diximus, inter ephebos compareat, fieri non potest quin hic (scl. Menecrates) ante annum 166 nedum a. 163 filium 18 annorum habuerit (scl. Telesphorum), quod efficeretur, si Heracleidem ante a. 166 nedum 163 archontem fuisse statueremus. Porro cum Heracleides ille a. 165 cosmetae munere fungens iam 72[um] aetatis annum agat, vix credibile post a. 171 archontem eum fuisse, praesertim cum vel primis deinceps annis post a. 171 alii quidam archontis munus administrasse videantur (cf. infra pag. 25). Inde fit verisimile ascribendum illum esse a. 169. Intuta sane argumenta, concedo. Sed ex toto imperatorum tempore adeo adhuc omnia sunt incerta quod ad Graecas res attinet, ut vix aliter quidquam possit statui vel probabile reddi atque coniecturis et verisimilitudinum specie. Quibus si quid conficitur, in eo acquiescendum arbitror, donec certius statutum erit. —

Redimus ad Philistoris titulum (III, 444. 1). Ibi vs. 4—7 in ipso praescripto habes: »*ἔφηβο*[*ς*][1] *Αἴλ. Γέλως Φαλ*[*ηρεὺς*] *Αἰλ. Γέλωτος ἄρξαντος τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν υἱός.*« Quibus ex verbis obiter

[1] Legitur quidem apud Cumanudem *ἔφηβοι*. Sed jam Dittenbergerus l. l. pag. 48 not. 6 censuit, illud *ἔφηβοι* aut ipsius Cumanudis aut lapicidae errore natum esse, et ipse scribi vult *ἄρχων ἐφήβων*; quae emendatio nihil in se videtur habere verisimilitudinis. Immo scriptum fuerit *ἔφηβος*. Saepius enim ex ephebis is, qui titulum suis sumptibus sculpendum curavit, in fronte lapidis statim post recensitos magistratus magistrosve scribitur.

docemur Aelium Gelota quendam fuisse archontem eponymum. In honorariis et sepulcralibus titulis saepius occurrit ut quis filius eius hominis vocetur, qui aliquando archontis aut aliud munus administraverit, et in iis titulis talis praedicatio apta est. Nimis autem vana et prorsus singularis videretur ostentatio, quod in epheborum catalogo unus ex ephebis in tituli praescripto se praedicat filium eius qui archon fuerit, si eius pater pluribus iam annis ante id munus administrasset. Contra minus res offendit, si pater illius ephebi brevi tantummodo ante archon fuit, fortasse ante unum aut duos annos. Quod mihi quidem verisimile videtur. Cum vero a. 163 suum habeat archontem, ipso antecedenti anno, scl. 164, Aelius Gelos archon fuerit.

Ad a. 166. Archontem Sextum Phalereum in tit. *Φιλ.* II, 268 restituendum esse ex tit. Ross. de dem. no. 29 infra patebit (cf. Cap. VI). Hunc autem in annum reiecimus titulum ex coniectura. Primum vs. 1—2 lemma est: *ἐπὶ νίκῃ τῶν θειοτάτων αὐτο[κρατόρων Αὐρ. Ἀντωνίνου καὶ Αὐρ. Βήρου] Σεβαστῶν Ἀρμενιακῶν Παρθι[κῶν μεγίστων].* Quibus ex cognomentis imperatorum patet titulum non ante a. U. C. 919, Olymp. 236, 1, $\frac{165}{166}$ p. Chr. scriptum esse. Obiit autem Verus $\frac{168}{169}$ p. Chr., Olymp. 236, 4. a. U. C. 922. Itaque inter a. $\frac{165}{166}$—$\frac{168}{169}$ titulus collocandus. At annus $\frac{165}{166}$ obtinet suum archontem. Restant igitur anni $\frac{166}{167}$—$\frac{168}{169}$. Iam in tit. C. I. 191 habemus: »*Ἀγαθῇ τύχῃ τῶν σεβαστῶν Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνίνου καὶ Λ. Αὐρηλίου Βήρου, Ἀρμενιακῶν, Παρθικῶν, μεγίστων τοῦ μετὰ Μαμερτεῖνον ἄρχοντ[α] ἐνιαυτοῦ* cet. Itaque etiam hic titulus intra eos annos collocandus. Immo vero etiam tit. C. I. 190, ubi lemma est: *ἐπὶ ἄρχοντος Μ. Βαλερίου Μαμερτίνου κτλ.* — Itaque horum titulorum ordo debet esse aut hic:

a. $\frac{166}{167}$ — C. I. 190: *ἐπὶ Μαμερτίνου ἄρχοντος.*

a. $\frac{167}{168}$ — C. I. 191: *ἐπὶ τοῦ μετὰ Μαμερτῖνον* cet.

a. $\frac{168}{169}$ — *Φιλ.* II, 268: *ἐπὶ ἄρχοντος Σέξτου.*

aut hic:

a. $\frac{166}{167}$ — *Φιλ.* II, 268: *ἐπὶ ἄρχοντος Σέξτου.*

a. $\frac{167}{168}$ — C. I. 190: *ἐπὶ Μαμερτίνου ἄρχοντος.*

a. $\frac{168}{169}$ — C. I. 191: *ἐπὶ τοῦ μετὰ Μαμερτῖνον* cet.

Atque hunc alterum ordinem ideo ego praetulerim, quia tit. C. I. 190. 191 proxime abesse videntur ab titulis C. I. 192, anno 170 scripto, et C. I. 193, anno 171 scripto. Nimirum in titulis 190. 191. 192. 193 iidem fere homines comparent, quod cum Boeckhius ad tit. 190 diligentius atque uberius demonstrarit, hic repetere supervacaneum. Ascribo ergo archontem Sextum a. $\frac{166}{167}$, Mamertinum a. $\frac{167}{168}$, anarchiam a. $\frac{168}{169}$. —

Ad a. 169. Vid. quae supra ad a. 165 de Heracleide Melitensi disseruimus. —

Ad a. 170. Huic anno archontem Tineium Ponticum Besaeensem ascribendum esse docet tit. *Φιλ.* I, 523, 7, ubi vs. 5. 6 habemus: *ἐπὶ τοῦ μετὰ Τινήϊον Ποντικὸν ἄρχοντα ἐνιαυτοῦ*; is autem titulus, ut ex ipso patet, 34[to] Abasc. paedotrib. anno i. e. a. 171 est exaratus. Proinde a. 170 praecessit ille archon. Itaque etiam tit C. I. 192 (*ἐπὶ ἄρχοντος Τινηίου Ποντικοῦ Βησεέως*) a. 170, C. I. 193 (*ἐπὶ τοῦ μετὰ Τεινήϊον Ποντικὸν ἄρχοντα ἐνιαυτοῦ*) a. 171 scriptus est.

Cum vero, id quod Boeckhius ad tit. C. I. 190 copiose demonstravit, multi homines qui in C. I. 190, 191, 192, 193 comparent redeant in tit. C. I. 184, 185, 186 (ubi archon Demostratus) et 194 (archon est Athenodorus Asmeni fil. Itaeus), hi tituli proxime ab illis videntur abesse. Itaque Demostratus fortasse a. 172, Athenodorus fort. a. 173 aut hic a. 172, ille a. 173, archontes fuerunt. At certe circa hos annos ponendi sunt. —

Abascantus autem a. 171 aut a. 172 mortuus videtur esse. Neque enim ultra hoc tempus ulli exstant tituli quibus exhibetur et, quod supra iam demonstravimus, summa hoc tempore senectute iam floruit. Denique hinc fere temporis usque ad Commodi mortem (a. 192) alii certi quidam paedotribae perpetui in titulis

occurrunt, *Λεύκιος* et *'Επίκτητος*, quorum ille minimum tres, hic minimum undecim annos in munere fuit. Et proximus quidem in paedotribae munus Abascanto videtur successisse *Λεύκιος Λευκίου ὁ καὶ Μάρκος Μαραθώνιος*, qui in tit. *Φιλ.* IV, 168, 2 (archon est *Βιήσιος Πείσων Μελιτεύς*, cosmeta *Αὐρ. Φίλων Πειραιεὺς*) tertium annum officium administrat. Atque omnino post Abascantum hunc paedotribam munere functum esse docent sollennia *Φιλαδέλφεια* in Philistoris titulo (IV, 168, 2) memorata; quae in Aurelii et Veri honorem instituta esse infra docebimus (cf. Cap. II); itaque cum certo ad annum 171 Abascantus ipse iam in munere esset, Leucius non ante a. 171 paedotriba fuit. Praeterea in tit. Philistoris (IV, 168, 2) complures homines muneribus quibusdam fungentes comparent, qui sub ipso Abascanto fuerunt ephebi; de quo infra docebo. Quid multa? Leucium successisse Abascanto omnino non potest dubitari. Sed cur proxime successerit quaeri oportet. Primum inter sollennia in illo Philistoris tit. non recensentur *Κομμόδεια* aut *Σεβήρεια*, quae in posterioribus titulis, sed tantum *'Αντινόεια, 'Αδριάνεια Φιλαδέλφεια, Γερμανίκεια*, quae cuncta tempus quod est ante Commodum indicant. Sed multo plus valet ad demonstrandum hoc: in illo Philistoris titulo inter hyposophronistas comparet *'Αλέξανδρος 'Αχωρίστου Παιωνίδης*; idem redit in tit. *Φιλ.* IV, 272, 3, anno 192 scripto (cf. Cap. XV), paedotriba Epicteto, et est ibi iam *ἡγεμών*. Inde patet, id quod demonstrare voluimus, Leucium ante Epictetum fuisse paedotribam perpetuum. Simul inde efficitur haut paucos annos intermittendos esse inter utrumque Philistoris titulum. Nam ex hyposophronista haut facile quis statim *ἡγεμόνος* munus subire solebat, quod quidem ex ephebicis titulis qui exstant possit colligi; semper enim aliquantum temporis spatium intercedere videmus, cum quis ex hyposophronista fit sophronista nedum *ἡγεμών*. Idem autem ille *'Αλέξανδρος 'Αχωρίστου Παιωνίδης* in tit. *Φιλ.* III, 444, 1 inter ephebos invenitur anno 165; itaque cum decem fere annis post demum hyposophronistam eum factum censemus, non multum ab vero aut ab harum rerum usu recedere nobis videmur. Deducimur ergo circa in a. 175, ita ut circiter 17 annis post demum *ἡγεμόνος* gradum dignitatis in gymnasio obtinuerit. Quae ratio confirmari videtur hac re: in illo Philistoris titulo (IV, 168, 2) invenitur *ἡγεμὼν Κλ. Σωκράτης Μαραθώνιος*; idem in C. I. 272 anno 163 redit ut sophronista.

Itaque si recte antea statuimus circ. a. 175 Philistoris titulum esse exaratum, fere 12 anni intercedunt, donec ille Cl. Socrates Marathonius ex sophronistae munere ad *ἡγεμόνος* dignitatem pervenit; quod optime quadrat cum ceteris. Iam vero annus quo ille Philistoris titulus (IV, 168, 2) est scriptus intercalaris est, ut ex ipso tit. apparet. Quodsi supra recte statuimus titulum circ. a. 175 exaratum esse, quaerentibus nobis ex cycli Callippici ratione ipse annus $\frac{175}{176}$ praebet se intercalarem. Unde nescio an non audacior videar, cum titulum ideoque archontem *Βιήσιον Πείσωνα Μελιτέα* huic anno ascribi volo, donec nimirum certius ab alio statuatur. Cum vero illo in titulo (*Φιλ.* IV, 168, 2) iam tertium annum in munere sit Leucius, a. 173 officium inierit. Unde fit verisimile Abascantum etiam a. 172 in munere fuisse eodemque anno obiisse, ita ut in hunc annum cadat sepulcralis eius titulus *ἐφ. ἀρχ.* 3298.

Quamdiu autem ipse Leucius paedotribae officium praestiterit accurate definiri non potest, cum illo uno titulo excepto alibi non exhibeatur. Sed certo non ultra a. 181 munus administravit. Etenim cum Epictetus, qui Leucio successit, a. 192 (cf. Cap. XV) mortuus sit (cf. tit. *Φιλ.* IV, 272) atque in tit. C. I. 276 decimum annum in munere sit, colligitur certo eum per 11 annos, quod minimum est, id est ergo inde ab a. 182—192 munus obtinuisse.

Denique ut ad Abascantum redeamus, huius paedotribae aetatem prae se ferunt tit. *Φιλ.* I, 76 (= *ἐφ. ἀρχ. περ.* B. *αρ.* 186): *οἱ ἐπὶ Π. Αἰλίου Φιλέου Μελιτέως ἄρχοντος ἔφηβοι τὸν ἑαυτῶν κοσμητὴν Σωσίπατρον Μαραθώνιον εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀνέστησαν· παιδοτριβοῦντος διὰ βίου Ἀβασκάντου τοῦ Εὐμόλπου Κηφισιεώς*; — tit. C. I. 263, ubi archon est *Λυκομήδης*, cosmeta *Πο. Αἴλιος Θεόφιλος Παράδοξος Σουνιεύς*. Quibus annis hi tituli ascribendi sint non potui enucleare. Certo in ultimos Abascanti annos incidere non possunt.

II.

AD CORP. INSCRIPT. GR. N° 275. ET EPHEMER. ARCHAEOLOG. NOV. N° 199.

(cf. Tabul. II.)

C. I. 275: »Marmor candidum Athenis a Whelero Oxonium translatum, quod Whelerus discursu geographico Latine scribendo illustrare voluerat. Ediderunt Spon. Itin. III, p. II, pag. 45 sqq. Wheler Itin. p. 400 sqq. aeri incisum; ex Sponio Corsin. F. A. I, p. 165 sqq. II p. 188 sqq. postremo ex lapide Chandlerus Marm. Oxon. II, 52.« Boeckhius.

Integrum esse titulum paucis exceptis adhuc putabatur. Sed est particula tantummodo immo dimidium fere epheborum catalogi. Neque iterum hîc publicassem titulum, nisi alterum eius dimidium invenissem idque titulum *ἐφημερ. ἀρχαιολογ. περ.* B. *ἀρ.* 199, pag. 191 sqq., quem Athenis 25 Feb. 1861 in muro juxta S. Demetrium »*τὸν Κατηφόρην*« repertum et ex 28 frustulis compositum edidit Demetrius Semitelos. Nos in tabula (II) unam ex utroque titulo compositam inscriptionem exhibuimus et quidem iisdem typis utrumque fragmentum, quibus fragm. in *ἐφημ.* l. l. accurate est redditum. Fragm. C. I. l. l. vulgaribus typis est exaratum. Brevitatis causa tit. ex *ἐφ. ἀρχ.* l. l. sumptum significamus litt. A, tit. ex C. I. l. l. sumptum litt. B.

Quam arte alterum cum altero lapidis dimidium cohaereat ex tabula satis perspici potest. Pauca tantum ad illud demonstrandum addere nos oportet.

Atque tit. A non integrum epheborum catalogum esse unus-

quisque, qui titulos eius generis accuratius inspexerit, primo obtutu cognoscit. Nunquam enim soli epheborum magistratus praeceptoresve et sollennia ab ephebis celebrata recensentur, sed semper his adjungi solet ipsorum epheborum catalogus, plerumque per tribus dispositorum, quibus ipsis subiunguntur *ἐπέγγραφοι* i. e. peregrini ephebi. Et vero in lapide, cum erat integer, ephebos quoque recensitos fuisse indicat vs. 3. *τούς τε συνάρχοντας καὶ*.... Vulgaris scilicet formula praescripti in eiusmodi titulis est haecce fere: *ὁ κοσμητὴς τῶν ἐφήβων ὁ δεῖνα ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος τούς τε συνάρχοντας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ ἐφηβεύσαντας ἀνέγραψεν*, aut similis. Itaque vs. 3 statim, nihil respecto fragm. B, supplemus *τούς τε συνάρχοντας καὶ* [*τοὺς ὑπ' αὐτῷ ἐφηβεύσαντας*]. — Praeterea iuxta col. II a dextra parte fragmenta tertiae columnae restant, quae nihil esse possunt nisi reliquiae nominum eorumque epheborum. Immo vero vs. 44, ubi restat E ceteris litteris maiore ductu scriptum, anagraphen eorum incepisse, qui *Ἐπέγγραφοι* vocantur, statim suspicari licet. Desiderantur ergo in tit. A ephebi atque his subiuncti *ἐπέγγραφοι*. Quodsi fragm. B inspexeris, sane hoc exhibetur simplex epheborum catalogus una cum epengraphis. Atque haec generaliter. Singula ut nunc proferamus quae id quod volumus demonstrent, primum vs. 3 in fragm. B revera invenitur *ὑ*]*π' αὐτῷ ἐφηβεύσαντας ἀνέγραψε*, id quod requiri supra diximus. Deinde vs. 43. (Col. I) in fragm. B: ΠΕΝΓΡΑΦΟΙ, cui cum ex fragm. A. vs. 48 (Col. III) addideris illud E, revera efficitur quod desiderabatur scl. *Ἐ*|*πένγραφοι*. Porro videas quam arte nominum reliquiae (fragm. A. Col. III, fragm. B. Col. I) sibi cohaereant et aptent:

vs.	25.	*Ἐ*	*λπίνεικος*
-	26.	*Μ*	*ουσώνιος*
-	27.	*Ἰσ*	*ίδοτος*
-	28.	*Θ*	*(εο)γένης*
-	29.	*Βά*	*σσος*
-	31.	*Σώ*	*(τ)ας*
-	39.	*Ἡρα*	*(κλέ)ων Ἡρακλέωνος*
-	40.	*Ἀθή*	*(ναι)ος Ἡρακλέωνος*
-	41.	*Διο*	*(νύσ)ιος*

vs. 42. *Ἀρτ*|*(έμ)ων Ἀρτέμωνος*
- 43. *Μη*|*(νό)δωρος Ἀρτέμωνος*
- 44. *Σεκ*|*(οῦ)νδος*
- 46. *Ἀκά*|*μας*
- 47. *Αὐρ.*|*Ἀττικός*
- 48. *Πα*|*(ρά)μονος*
- 49. *Διο*|*(ν)υσόδωρος*
- 51. *Εὐδ*|*αίμων*
- 52. *Κλ.*|*Σύνφορος*
- 54. *Φιρ*|*μιανός*
- 55. *Κλ.*|*Ἑρμείας*
- 56. *Φλ.*|*Νεικήτης*
- 57. *Ζω*|*τικός*
- 58. *Κλ.*|*Ἐπίκτητος*
- 59. *Εὐ*|*τυχιανὸς*
- 60. *Φ*|*(ι)λοσέραπις.*

Restat ut de vers. 2—4 demonstretur. Atque vs. 2 in fragm. A exstat: *ἐπὶ ἄρχοντος Γ̄.* (i. e. *Γαΐου*) *Ἑλβιδίου* ΣΙ....... Integrum huius archontis nomen reperitur in tit. *ἐφημ. ἀρχ. περ.* B. *αρ.* 119 (tab. *ιή*. 3), ubi legimus: *Γα. Ἑλβίδιον Σεκοῦνδον Παλληνέα ἄρχοντα ἐπώνυμον.* Itaque vs. 2 (fragm. A) supplendum: *ἐπὶ ἄρχοντος Γ. Ἑλβιδίου Σε[κούνδου Παλληνέως].* Et vero in fragm. B vs. 2 superest: ....ΛΟΥΠΑΛΛΗΝΕΩΣ, ita ut defractae sint ex lapide solae litterae ΚΟΥΝ. — Deinde vs. 4. fragm. A. superest: *ἀντικοσμητὴς Π* (i. e. *Πόπλιος*) *Αἴλιος* ΙΣ....... Reliquiae indicant nomen incepisse ab litteris *Ἰσ.* Quaerentibus nobis num forte aliis ex titulis, qui circa hanc (— Severi aetatem indicat paedotriba Nicostratus —) aetatem sunt scripti, simile nomen ac *Πόπλιος Αἴλιος Ἰσ*........ innotuerit, felici casu praebet se *Πόπλιος Αἴλιος Ἰσόχρυσος Παλληνεύς* in tit. *ἐφ. αρχ.* 3830, 3831 (vs. 36), ubi restituimus (cf. Cap. V.): *ἐπὶ ἄρχοντος Γαΐου Κυΐντου Ἱμέ[ρτου] Μαραθωνίου, στρατηγοῦντος ἐπὶ (τοὺς) ὁπλείτας Π̊. Αἰλίου Ἰσοχρύσου Παλ(ληνέως)*, anno 210 (cf. ibid.). — Equidem non dubito eundem nostro in titulo vs. 4 scriptum fuisse itaque restituendum esse (in fragm. A vs. 4): *ἀντικοσμητὴς Π̊. Αἴλιος Ἰσ[όχρυσος Παλληνεύς].* Et sane optime congruit quod superest in

fragm. B. vs. 4; ... ΣΟΣΠΑΛΛΗΝΕΥΣ; solae defractae sunt itterae ΟΧΡΥ. —

Sed satis nunc demonstrasse mihi videor utrumque fragmentum dimidiam esse partem unius eiusdemque inscriptionis atque iure nos composuisse.

Restat nunc interpretatio tituli. In universum quod ad ephebos eorumque res attinet revocamus ad dissertationem Dittenbergeri (»de ephebis Atticis,« Gottingae 1863), qui primus hisce de rebus accuratissime et copiosissime docuit. Quamquam restant quaedam, quae aut in dubium vocanda aut certius statuenda videantur; quae disserere ab hoc loco non erit alienum.

Ac primum Dittenbergerus l. l. pag. 16 sqq. recte docuit posteriore i e. imperatorum tempore non omnes, qui »legitimam aetatem« 18 annorum agebant, in epheborum numerum receptos esse ex lege, sed iuvenum arbitrio permissum fuisse utrum inter ephebos recipi vellent necne. Et consentaneum esse nobiles imprimis et divites iuvenes hunc honorem, utqui cum sumptu haut mediocri lconiunctus esset, petiisse. Quod inde confirmatur, quod qui hic illic inter ephebos inveniuntur iidem non raro, iam viri facti, aliis in titulis postea redeunt et quidem publicis muneribus veluti archontis, ducis (*στρατηγοῦ*), cosmetae, anticosmetae denique aliis multis officiis publicis fungentes. Unde si quidem ephebicorum quorundam titulorum tempus est constitutum, saepissime aliorum titulorum aetas certo potest statui, itaque ephebicorum tit. accurata emendatio et cognitio haut ita contemnenda sed plurimum valet ad eiusdem aetatis titulos eorumque res illustranda.

Censet autem Dittenbergerus l. l. pag. 22 etiamtunc non licuisse inter ephebos recipi nisi duodeviginti annos natis. Quod mihi perquam est dubium. Dubitatio scilicet hisce rebus mihi movetur. Primum in tit. *Φιλ.* IV. 458, 1 (a. 116 p. Chr. scripto) vs. 23 legimus: ...... *τος Πρόκλου ἤλειψε μετὰ τοῦ υἱοῦ Κόσμου ἡμέρας πέντε.* Quid hîc significet »*ἤλειψε πέντε ἡμέρας*«, quae vox novies in illo tit. scripta est, infra docebo. Hîc satis est intellegere illos esse ephebos. Patrem igitur una cum filio inter ephebos in gymnasio versatum esse cognoscimus. Sed quî et pater et filius eodem tempore duodeviginti annos nati possunt esse? Ea enim fuit »legitima aetas« epheborum. At nullis Dittenbergerus argu-

mentis sententiam suam firmavit. Suspicatus est magis quam demonstravit. Accedit quod eo tempore, quo peregrinis quoque licuit in numerum epheborum recipi et quo peregrini ephebi saepe perquam superant numero Athenienses ephebos, quo denique tempore peregrinis ipsis potissimum, undique Athenas concurrentibus, gymnasium epheborum imprimis efflorescere coepit, per se admodum videtur esse verisimile ex lege iam non obstrictos eos fuisse aetate 18 annorum. Hoc sane summo fuisset impedimento ne epheborum instituto, peregrinorum concursu, in dies maius incrementum accederet, quod revera Hadriani fere aetate accidit. Itaque tueor sententiam si minus Atheniensibus at peregrinis tamen licuisse qualemcunque aetatem agentibus in ephebos recipi. Aliter vix possum interpretari, quod pater et filius eodem anno inter ephebos versantur. Et vero est ille de quo loquimur eiusque filius, ut ex ipso titulo patet, peregrinus ephebus. An nonnuquam etiam Atheniensibus illud licuit? Legimus enim in titulo *Φιλ.* III, 533 in ipso praescripto: *ὁ κοσμητὴς — ἀνέγραψε τοὺς ἐφηβεύσαντας σὺν τῷ κρατίστῳ Φλ. Δρυαντιανῷ συγκλητικῷ κτλ.* Quid hic »potentissimus senator« vult inter ephebos? Etsi enim illo in titulo inter ephebos per tribus dispositos non invenitur, esse eum nihilosecius revera ephebum docemur tit. C. I. 261: »*Θαλῆν Δωσιθέου Παμβωτάδην τὸν κοσμητὴν ὁ ἔφηβος Δρυαντιανὸς Καλαίσχρου Μαραθώνιος.*« In Philistoris illo titulo cosmeta audit: *Αὐρ. Δωσίθεος ὁ καὶ Θαλῆς Δωσιθέου Παμβωτάδης.* Itaque quin Dryantianus in utroque titulo idem sit dubium non est. Est ergo profecto ille »potentissimus senator« ephebus. Mira sane res, quam ego ea quam supra indicavi ratione velim explicare. Quo nescio an item revocandum sit, quod in tit. *Φιλ.* IV, 168, 3 inter ephebos recensetur *ὁ κράτιστος Οὐετούριος Κυΐντιανός*, et C. I. 425 ephebus quidam in sepulcrali titulo praedicatur »*μουσόπολος*« i. e. poeta. Denique multis in epheborum catalogis plures semper inveniuntur ephebi, qui filii aut cosmetae aut sophronistarum[1]) aut denique

---

[1] Veluti in tit. *Φιλ.* I, 532, 7 vs. 19—22: *οἱ παῖδες τῶν σωφρονιστῶν Εὔπορος, Ἕλενος, Χαρίτων, Δημήτριος, Μιλτιάδης.* Itaque ex sex sophronistis quinque eodem anno habuerint filios 18 annorum? Item *Φιλ.* IV, 265, 1 *οἱ τῶν σωφρονιστῶν υἱοὶ* inter agonothetas sunt, quos ipsos esse ephebos mox docebimus.

aliorum in gymnasio magistratuum sunt. Qui sane est mirus casus. Sed cum certa eaque quae persuadeant argumenta adhuc desint, ego ipse non confido. De peregrinis autem, quod iam supra dixi, sine dubitatione contenderim.

Sequitur ut de gymnasiarchis disseramus. Nam quae Dittenbergerus de his protulit (l. l. pag. 40 sqq.) plane non recte se habent. — Rectissime sane statuit adcurate discernendum esse inter liberae reipublicae et imperatorum aetatis gymnasiarchos; Boeckhius ad C. I. gr. n. 202 paucis verbis rem sic definivit: »in vetere republica gymnasiarchia non magistratus fuit, sed liturgia; imperatorum aetate magistratus menstruus.« Quam sententiam integram tuetur Dittenbergerus. At non iure, censeo. Etenim non omni ex parte sententia illa est iusta.

Ante omnia imperatorum aetate adcurate discernendum inter publicam et ephebicam gymnasiarchiam. Quod cum non perspectum esset, omnis in hac re perturbatio est orta. Primum de ephebica gymnasiarchia, id est de eis gymnasiarchis qui in ephebicis titulis conmemorantur, dicemus. Quaeritur quid omnino gymnasiarchia significet. Liberae reipublicae tempore id gymnasiarchorum munus fuisse constat ut certis quibusdam sacris omnia quae ad certamina quaedam opus essent pararent, imprimis ipsos qui certaturi essent suis impensis alerent et exercerent, denique oleum luctantibus distribuerent. Quam gymnasiarchiae notionem in universum quidem etiam imperatorum aetate remansisse idque in epheborum gymnasio contendo: ephebici gymnasiarchi erant ii qui per quoddam temporis spatium quaecunque ephebis in gymnasio opus essent suis impensis pararent, potissimum oleum praeberent. Atque omnino vox *γυμνασιαρχεῖν* significat, per quoddam tempus quasdam impensas praebere. Quod comprobatur titulo *Φιλ.* III, 444, 1, ubi vs. 33 haec legimus, *ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν ἐδόθη διανομὴ τοῖς ἐφήβοις — καὶ εἰς τὸν ἐνδεήσαντα χρόνον ἐξ αὐτῶν ἐγυμνασιαρχήθη*[1], quod nihil potest significare nisi, eo tempore quo

[1] Eodem in titulo cum singulis gymnasiarchis adscriptum sit quantum quisque temporis spatium gymnasiarchiam praestiterit, videndum est quantum anni tempus gymnasiarchis caruerit. Primus quattuor, septem qui secuntur singulos menses, nonus »*ἡμέρας* ⁻̣«, decimus decem dies (*ἡμέρας* T) in munere fuit. Si nonum non respicis, habes undecim menses decem dies: desiderantur ergo viginti dies.

qui impensas solveret deerat gymnasiarchus, ex aerario *Σεβαστοφορικῶν* sumptus praebebantur. Item in tit. *Φιλ.* III, 553, 2 vs. 12 haec habemus, *Μεταγειτονιῶνα· ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν* (sc. *ἐγυμνασιαρχήθη*): mense igitur Metageitnione gymnasiarcho qui impenderet non reperto ex illo aerario est solutum. Praeterea in titulo *Φιλ.* III, 350, 1 vs. 22 legitur *Θαργηλιῶνα κοινῇ* (sc. *ἐγυμνασιάρχησαν*) *οἱ γυμνασιαρχήσαντες*: mense Thargelione ii qui anteactis mensibus iam fuerant gymnasiarchi una omnes impensas praebent; item vs. 25 habemus, *Μεταγειτνιῶνα κοινῇ* (scl. *οἱ γυμνασιαρχήσαντες ἐγυμνασιάρχησαν*). Quibus haec demonstrantur: primum, vocem *γυμνασιαρχεῖν* significare, impensas quasdam per tempus quoddam in epheborum gymnasio praebere; deinde, gymnasiarchiam non posse esse magistratum, sed potius liturgiam: aliter quî posset intellegi illud »*ἐγυμνασιαρχήθη ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν*«, vel illud »*κοινῇ οἱ γυμνασιαρχήσαντες*« (*ἐγυμνασιάρχησαν*)? tum, non lege cautum fuisse ne umquam in gymnasio deficerent gymnasiarchi atque adeo hanc gymnasiarchiam ex libero arbitrio voluntate liberalitate aptam fuisse,[1] itemque tempus per quod praestare vellet ex uniuscuiusque voluntate pependisse. Et vero haec omnia ipsis gymnasiarchorum catalogis confirmantur, in quibus certa huius rei ratio potest deprehendi nulla. Quibusdam nimirum titulis unus tantum gymnasiarchus exhibetur et is annuus (*Φιλ.* I, 518, 6. C. I. 274. 274, b. *Ἐφ. ἀρχ. περ.* B. no. 199 cf. tab. II). Saepius singuli singulis mensibus reperiuntur gymnasiarchi (*Φιλ.* III, 451, 2. IV, 164, 1. IV, 168, 2. *Ἐφ᾽ ἀρχ.* 3239. C. I. 276. 272). Aliis in titulis singuli per plures menses sunt gymnasiarchi (*Φιλ.* I, 522, 7 unus duos menses; item *Φιλ.* IV, 168, 3; IV, 265, 1; IV, 344, 4; — Duo ephebi binos menses in *Φιλ.* III, 553, 2. — Unus quattuor m. *Φιλ.* III, 444, 1; IV, 272, 3). Aliis denique in catalogis plures

---

Iam quaeritur quot dies nonus in munere fuerit; nam illud ⸆ nullius numeri est signum. Atque Dittenbergerus (l. l. pag. 43) quot dies deficiunt (scl. 20) tot illi adscribi vult. Quod si recte faceret non esset *ὁ ἐνδεήσας χρόνος*. Itaque non dubito statuere illud ⸆ fuisse T (i. e. 10). Continet ergo *ὁ ἐνδεήσας χρόνος* 10 dies qui gymnasiarcho carebant.

[1] Quo fiebat non numquam ut cum nemo sponte sua eam liturgiam certo quodam mense subiisset, ipse cosmeta (*Φιλ.* IV, 344, 2), vel sophronistae (ibidem), vel anticosmeta (*Φιλ.* I, 384, 4) gymnasiarchiae officia praestarent, i. e. sumptus pararent, aut denique hi ex aerario illo erogarentur.

per quosdam menses gymnasiarchiam ita praestant ut conplures quisque dies impensas paret. (Φιλ. III, 444, 1 duo denos dies gymnasiarchi sunt. — Φιλ. IV, 458, 1 unus quindecim dies. — Φιλ. I, 522, 7 Maemacterione et Anthesterione bini, Gamelione quinque. — Φιλ. III, 350, 1 Thargelione sex, Metageitnione octo. — Φιλ. III, 553, 2 sex mensibus bini; item in Φιλ. IV, 168, 3 tribus mensibus bini; item Φιλ. IV, 270, 2 septem mensibus bini; — C. I. 270 uno mense duo. — Denique in Φιλ. IV, 164, 1 mense Metageitnione una undecim gymnasiarchiam praestant.). Quibus efficitur ut alius aliis in titulis compareat gymnasiarchorum numerus. Veluti Φιλ. IV, 270, 2 duodeviginti reperiuntur; Φιλ. I, 522, 7 decem et septem; Φιλ. III, 553, 2 quindecim; Φιλ. I, 384, 4. C. I. 270 quattuordecim; Φιλ. IV, 168, 2. 168, 3 tredecim; Φιλ. II, 428 (484). IV, 265, 1 duodecim; Φιλ. IV, 164, 1. IV, 559, 3 undecim; Φιλ. III, 444, 1 decem; Φιλ. III, 277, 1 novem; Φιλ. III, 350, 1. C. I. 268, fortasse etiam Φιλ. IV, 332, 1 octo; Φιλ. IV, 272, 3 sex; denique unus tantummodo eis locis quos supra iam memoravimus.

Quae omnia cum ita se habeant siquis nihilo secius certam quandam huius rei fuisse rationem contenderit, is meo iudicio disertis inscriptionum testimoniis vim adferat. Sed quid multa? ex eis quae attulimus satis patet hanc gymnasiarchiam neque menstruum magistratum neque omnino fuisse magistratum. At quaestio oritur quinam fuerint ii qui huius gymnasiarchiae officium in gymnasio praestabant, publici homines an non? Atque Dittenbergerus quidem l. l. pag. 42 censet χειροτονίᾳ gymnasiarchos electos esse ex omnibus Atheniensibus. Quae sententia quod ad eos de quibus est sermo gymnasiarchos attinet longissime a vero abest. Nam quicunque in ephebicis imperatorum aetatis titulis exhibeantur gymnasiarchi eos ex ipsorum epheborum numero esse dictito. Quod titulorum testimoniis nunc confirmabo. Primum qui gymnasiarchi sunt cuncti redeunt inter ephebos per tribus dispositos in titulis Φιλ. I, 522, 7. — I, 384, 4. — II, 428. — III, 277, 1. — III, 350, 1. — IV, 168, 2. — IV, 168, 3. — I, 518, 6. In tit. Φιλ. III, 553, 2 gymnasiarchi quamvis sub tribubus non inveniantur, sunt tamen ephebi; nam post hos recensitos expressis verbis incipit catalogus ceterorum epheborum hisce: οἱ ὑπόλοιποι

τῶν πολειτῶν κατὰ φυλὴν ἔφηβοι. — Item in tit. *Φιλ.* IV, p. 322, 1 post enumeratos gymnasiarchos scribitur *οἱ ἔφηβοι]πολεῖται σὺν τοῖς γυμνασιαρχικοῖς οἵδε.*[1] Itaque qui antecesserunt in lapide gymnasiarchi sunt ephebi. In tit. *Φιλ.* III, 444, 1 inter gymnasiarchos sunt duo qui in eiusdem anni titulo *Φιλ.* I, 384, 3 systremmatarchae vocantur; hi autem semper ephebi sunt (cf. Dittenbergerum l. l. pag. 18. 19). Eandem ob causam gymnasiarchi iudicandi sunt ephebi in tit. *Φιλ.* IV, 272. — *Φιλ.* IV, 344, 3 (ibi inter gymnasiarchos est *Ἀπολλοφάνης Εὐφήμου Σφήττιος* qui in eiusdem anni tit. *Ἐφ. ἀρχ.* 2235 systremmatarcha est, cf. Cap. VIII.) — *Ἐφημ. ἀρχ.* no. 862. — In *Φιλ.* IV, 280, 2 inter gymnasiarchos est *ἱερεὺς Ἀντινόου*; id autem munus semper est ephebi (cf. Dittenb. l. l. pag. 73, 3.). Idem cadit in tit. *Φιλ.* IV, 559, 3. — In tit. *Φιλ.* IV, 344, 2 gymnasiarchus *Πολύ[νικος]* inter ephebos victores redit. — In tit. C. I. 274, b. *Φιλ.* I, 382. IV, 458, 1 gymnasiarchus annuus simul agonotheta est: agonothetas autem ipsos esse ephebos infra demonstrabimus. Idem cadit in tit. *Φιλ.* 283, 1. — In tit. C. I. 276 inter gymnasiarchos est *στρατηγός* scl. ephebicus (vid. quae infra de ea re adferam). — In tit. apud Rossium »de demis« no. 29 gymnasiarchus ex ipsius Dittenbergeri (l. l. pag. 41 not. 3) sententia est ephebus. — Porro in tit. *Φιλ.* I, 381 expressis verbis dicitur: *οἱ ἔφηβοι Ἀττικὸν τὸν ἑαυτῶν συνέφηβον καὶ γυμνασίαρχον ἀνέθηκαν.* Item in *Φιλ.* III, 350, 1 *Θράσυλλος ἐφηβεύσας — γυμνασιαρχήσας ἀνέγραψε τὸν συνέφηβον Φιλαθήναιον καὶ τοὺς ἄλλους συνεφήβους καθὼς ἐγυμνασιάρχησαν.* — Supra iam vidimus in tit. *Φιλ.* III, 444, 1. III, 553, 2. IV, 280, 2, alibi gymnasiarchos quamvis in epheborum catalogo non recenseantur, esse tamen ephebos. Modo inter ceteros ephebos denuo scribuntur, modo non. Ubi non, fit ideo certo ne bis in eodem titulo recenseantur eadem nomina. Itaque non dubitandum quin etiam in C. I. 268 octo illi gymnasiarchi

[1]) Sic enim ibi restituendum esse puto. Cumanudes scribit, *οἱ Ἀρεο]παγεῖται σὺν τοῖς γυμνασιαρχικοῖς οἵδε.* At quid volunt Areopagitae in ephebico titulo? Superesse videtur in lapide Π·Λ/ΕΙΤΑΙ i. e. *πολλεῖται*, quod collato tit. *Φιλ.* III, 533, 2 (*οἱ ὑπόλοιποι τῶν πολειτῶν κατὰ φυλὴν ἔφηβοι*) restituimus in *οἱ ἔφηβοι] πολλεῖται κτλ.* De scriptura *πολλεῖται* cf. Franz. elem. epigr. pag. 247. Eodem modo in tit. *Φιλ.* I, 428, 3 vs. 9, 10, ubi extat *φίλους ἰδίους καὶ συνεφήβους* ΠΟΙΛΙCΑC *ἀνέθηκεν*, rescribendum *πολλίτας*.

etsi inter ceteros ephebos deinceps recensitos non redeant, ex epheborum sint numero. Denique tit. *Φιλ.* IV, 344, 4. C. I. 272, 270. *Φιλ.* IV, 265, 1. IV, 164, 1. *Ἐφ. ἀρχ.* 3239 nimis sunt mutili, tituli autem C. I. 254, 255 (= *Ἐφ. ἀρχ.* 1384) parum argumenti praebent quam ut de gymnasiarchis qui ibi conmemorantur certo id possit demonstrari quod volumus. Quamquam eis omnibus quae supra attulimus reputatis iam ne minima quidem dubitatio potest restare quicunque in ephebicis titulis exhibeantur gymnasiarchi hos cunctos iudicandos esse ephebos, imperatorum quidem aetate. Qua ex aetate omnes huc spectantes ephebicos titulos supra examinavimus, at ne unum quidem deprehendimus in quo gymnasiarchos esse non ephebos veri simile reddi nedum certo statui possit. Neque repugnat Teles ap. Stobaeum flor. 98, 72: »*ἔφηβος γέγονεν· ἔμπαλιν τὸν κοσμητὴν φοβεῖται .... τὸν γυμνασίαρχον. ὑπὸ πάντων τούτων μαστιγοῦται, παρατηρεῖται, τραχηλίζεται,*« si quidem ea verba non potius ad vetustius tempus spectant. Veri enim est simile eos ex ephebis qui suis impensis gymnasiarchiae officium praestarent simul iura quaedam disciplinae in ceteros ephebos exercuisse.[1] Et ea videtur esse causa cur gymnasiarchi semper sint Athenienses ephebi, numquam peregrini. Horum autem si quis sumptus ad oleum parandum praestabat, pro voce *γυμνασιαρχεῖν* adhibita videtur esse significatio *ἀλείφειν*. Etenim in tit. *Φιλ.* IV, 458, 1 invenimus *Φιλοκλῆς Λευκονοεὺς γυμνασιαρχήσας Ἐλαφηβολιῶνα — Εὐμένης Φαληρεὺς ἐγυμνασιάρχησεν ἡμέρας δεκαπέντε*, tum secuntur novem peregrinorum epheborum nomina, quorum singulis adscriptum est *ἤλειψεν ἡμέρας πέντε*. Verbum *ἀλείφειν* ibi non potest significare, corpus sibi oleo unguere, quia aliter medium verbum desideratur. Et vero in titulis ephebi audiunt semper *οἱ ἀλειφόμενοι*, non *οἱ ἀλείφοντες*. Praeterea aoristus offenderet non minus quam nota »*ἡμέρας πέντε*«, (per quinque totos dies). Sed si reputaveris quod ibi antecedit *ὁ δεῖνα ἐγυμνασιάρχησεν ἡμέρας δεκαπέντε*, mihi quidem non est dubium quin verbum *ἀλείφειν* ibi eam vim habeat ut significet oleum providere vel parare, suis scilicet sumptibus. Itaque vox *ἀλείφειν*

---

[1] Quod fortasse colligere licet ex C. I. 274, ubi legitur: *ἐγυμνασιάρχησε τοὺς ἐφήβους*.

si minus prorsus idem valere quod *γυμνασιαρχεῖν*, at affinis tamen videtur esse notio. Gymnasiarchi qui proprie dicuntur praeter oleum etiam alia quaedam officia sumptusque videntur in se suscepisse. Si ex tit. *Φιλ.* I, 288, vs. 6 ubi legimus »*τιθέντων αὐτοῖς* (sc. *τοῖς ἐφήβοις*) *ἆθλα τῶν γυμνασιάρχων*« colligere licet, fortasse praemia certaminum ceteris ephebis ex suis sumptibus proponebant. Sed est ille titulus non imperatorum aetate, sed primo a. Chr. saeculo scriptus. Itaque de eis gymnasiarchis nihil certi statuerim. Immo, imperatorum quidem aetate, potius agonothetarum — qui et ipsi solent esse ephebi — videtur fuisse praemia proponere ceteris ephebis. —

In C. I. 274 titulo ephebico expressis verbis dicitur *ἐγυμνασιάρχησε τοὺς ἐφήβους*, eo scilicet consilio ut distinguatur ab publicis gymnasiarchis.[1] Hos autem etiam posteriore, i. e. imperatorum aetate, fuisse nullum potest adferri testimonium quo refellatur. Etenim quae Dittenbergerus l. l. pag. 41 dicit »quamdiu haec (sc. quae liberae reipublicae tempore fuit) vocis *γυμνασιαρχία* significatio manserit, accuratius quidem definiri non potest, id vero pro certo dicendum est, quum iam ea vox in sententiam plane aliam abiisset etiam hanc liturgiam amplius ita dictam esse prorsus incredibile esse«, haec omnia, aio, profecta sunt ex

[1] Dittenbergerus l. l. pag. 42 censet distingui ab *γυμνασιάρχοις τῷ Ἑρμῇ*, qui ipsi quoque duodecim numero in C. I. 270 recenseantur et qui puerorum sint gymnasiarchi. Quod mihi non recte dictum esse videtur. Primum enim epheborum gymnasium, id quod ex cunctis ephebicis titulis patet, omnino nihil habet commune cum pueris. Neque vero recensentur in C. I. 270 duodecim puerorum gymnasiarchi, sed sunt ceteri ephebi Athenienses, qui illo anno praeter illos quattuordecim gymnasiarchos in gymnasio versabantur. Aliter enim praeter gymnasiarchos nulli ephebi Athenienses in titulo invenirentur; col. II. enim continet peregrinos. Plane eadem dispositio, quae in C. I. 270, est in tit. *Φιλ.* III, 350, 1: Primum recensentur duodecim gymnasiarchi, deinde ceteri ephebi Athenienses (14 numero), tum peregrini. Praeterea ne legitur quidem in C. I. 270 *γυμνασίαρχοι τῷ Ἑρμῇ*, sed recensitis quattuordecim gymnasiarchis secuntur duodecim alia epheborum nomina, quorum primo adscriptum est Τ··ΕΡΜΗ, quod supplendum in *τῷ Ἑρμῇ* (scl. *ἀνέθηκεν*, quod plerumque omittitur). Et sane eundem illum ephebum stelam posuisse adparet ex versu primo. Denique quî (*γυμνασίαρχοι*) *τῷ Ἑρμῇ* possit significare gymnasiarchos puerorum ego non intellego. Quod vero Boeckhius ad tit. C. I. 270 et Franzius el. epigr. pag. 255 in eandem illam quam diximus fere sententiam abierant non mirum, quum tum temporis pauci eius generis tituli essent reperti, nunc multi.

praeoccupato illo iudicio quo posteriore tempore in magistratum eam mutatam esse velit. Atque de ephebica gymnasiarchia supra refutavimus cum docuimus vel hanc iudicandum esse liturgiam. Publicam autem gymnasiarchiam, iterum aio, prorsus non potest demonstrari mutatam esse in magistratum. Ipsam vero liturgiam illam etiam posteriore tempore mansisse ipse docuit Dittenbergerus ex nomine *λαμπαδαρχία* (*Φιλ.* I, p. 328. III, p. 154). »*Λαμπαδαρχία*« enim et »*γυμνασιαρχία*« duo unius et eiusdem rei esse vocabula idem recte monuit (l. l. p. 41). Sed etiam nomen mansit posteriore tempore. Nam in tit. C. I. 267, qui »*ἐπὶ Διονυσοδώρου ἄρχοντος*« imperante Claudio est scriptus, habes *ἐγυμνασιάρχησαν ἀπὸ Διονυσοδώρου οἵδε*: secuntur duodecim nomina. Titulus ille non est ephebicus. Sunt ergo illi gymnasiarchi pro publicis habendi. Et optime congruit eorum numerus. Hos enim gymnasiarchos, ut omnes liturgos, e singulis tribubus singulos eligi solitos esse constat. Contra Boeckhius ad h. tit. ex gymnasiarchorum illorum numero aliud collegit: is enim eodem quo Dittenbergerus errore commotus, quo imperatorum aetate gymnasiarchiam menstruum factam esse magistratum censeret, illos quoque gymnasiarchos intellexit menstruos; cumque duodecim ibi recenseantur, statuit annum illius tituli fuisse duodecim mensium, non intercalarem. Et eam ipsam ob causam censuit illa aetate non in usu fuisse Atheniensibus Callippicum cyclum (cf. Boeckh, »Zur Geschichte der Mondcyclen« pag. 62). Quae sententia ex eis quae adhuc demonstravimus non amplius retineri potest. (Cf. etiam pag. 13.)

Denique pro publicis habendi sunt gymnasiarchi qui sunt in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* 2031. 2032. C. I. 396. *Ἐφ. ἀρχ.* 776 (= Pittakis, l'anc. Ath. pag. 108), *Ἐφ. ἀρχ.* 727, fortasse etiam *Ἐφ. ἀρχ.* 241. 262. C. I. 256. Pitt. l'anc. Athènes pag. 194. 195 (?) —

Sed satis nunc de gymnasiarchis. Cetera in quibus Dittenbergeri dissertationi non adsentimur suo loco proferemus in tituli a quo profecti sumus interpretatione ipsa, quam nunc aggrediamur.

In tituli fastigio est anaglyphum, in quo conplures ephebi conspiciuntur, quorum unus »*λαμπαδοδρομεῖ*«, alii duo inter se luctari, quartus denique contemplari videtur. Dimidium fere anaglyphi est infractum.

Supra anaglyphum in sinistra parte scriptum est *Ἀγαθῇ*, in

dextra fuit *τύχῃ*. Jota mutum hic scriptum, item vs. 40 *τωι*; vs. 41. 45 *ἑκαστωι*; vs. 47 *τωι*. Contra alibi, veluti vs. 47 (Col. II), omissum. In hac enim re numquam sibi constant quadratarii hac aetate. Similis est ratio scripturae *ει* pro *ι*. Nihil denique certi statui potest de litterarum scriptura qualis fuit imperatorum aetate. Perquam enim fluctuat. Veluti in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* 640, qui, ut alio loco (cf. Cap. XVI) demonstrabimus, Claudii aetate scriptus est, iam invenitur: Є, ω, C. In C. I. 282 a. 45 p. Chr. scripto inter alia habes: Ꭿ pro M, θ pro Θ; quod Boeckhium movit ut »marmor vel forma Ꭿ docente satis novicium« esse diceret. Adeo in C. I. 270, qui titulus, si revera est Attica origine, docente toto tituli habitu in prima imperatorum tempora non potest non incidere, invenimus Є Ɛ, θ, Σ pro Ξ (vs. 10), C, C, ω. — Ad tit. *Φιλ.* IV, 322 a. 61 p. Chr. scriptum adnotat Cumanudes, *βλέπων τις τὰ δῆθεν κεφαλαῖα γράμματα τῆς ἐπιγραφῆς ταύτης, ὄντα σχήματος τοῦ ἀθλιωτάτου καὶ σχεδὸν τῆς τροχάδην γραφῆς, νομίζει, ὅτι ἔχει ἔμπρος του λίθου τοῦ 3ου ἢ 4ου μετὰ Χρ. αἰῶνος*. Atqui eiusdem temporis — quippe cum idem *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα* scl. *Νούϊος Φιλείνου ἐξ Οἴου* exhibeatur — sunt tituli *Ἐφ. ἀρχ.* 3724, C. I. 381, tit. apud Rossium de dem. p. 87 no. 141: ibi vero habemus E, Θ, Σ, Ω, Π, Δ, Λ, Ξ. Eodem igitur tempore aliis in titulis — eisque publicis — alius invenitur litterarum ductus. Idem cerni potest in titulis C. I. 478 et apud Rossium de dem. pag. 24 no. 6, eodem anno scriptis: quorum in illo invenitur A, E, M, Π, Σ, Ω; contra in hoc Λ, Δ, Є, M et M, Π, C, ω. Denique multi alii Attici tituli possunt adferri qui quamvis eodem tempore exarati, plane diversam tamen inter se scripturam praebent. Unde imperatorum aetate scripturam non sibi constare neque certi fere quidquam de ea posse statui satis cognoscitur. Apta nimirum erat ex quadratariorum arbitrio. Qua de causa in Atticis titulis eius temporis fere numquam licet ex scriptura colligere ad quamnam certam aetatem sint revocandi. Denique quod ad nostram inscriptionem attinet idem observari potest. Semper scribitur E, Σ, Ω; contra in eiusdem anni tit. *Ἐφ. ἀρχ. περ.* B. no. 119: Є, C, ω.

Sequitur vs. 1—4 praescriptum, *ὁ κοσμητὴς τῶν ἐφήβων Ι.......... ἐπὶ ἄρχοντος Γαΐου Ἑλβιδίου Σε[κούν]δου Παλληνέως ἀνέγραψεν τούς τε συνάρχοντας καὶ [τοὺς ὑ]π' αὐτῷ ἐφηβεύσαντας.*

Ἀντικοσμητὴς Πόπλιος Αἴλιος Ἰσ[όχρυ]σος Παλληνεύς. — Si ex praescripto licet colligere, titulus est ex eorum genere qui publice i. e. iussu cosmetae ponebantur (cf. cap. IV). Huius modi titulorum praescriptorum formulae si non plane eaedem, at similes tamen semper sunt. Veluti *ὁ κοσμητὴς ὁ ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος ὁ δεῖνα ἀνέγραψε* (*Φιλ.* IV, 458, 1). — *ὁ κοσμητὴς τῶν ἐφήβων ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος, ὁ δεῖνα ἀνέγραψεν* (*Φιλ.* IV, 344, 2. IV, 272, 2). — *ὁ κοσμητὴς ὁ δεῖνα τοὺς ἐπὶ αὐτοῦ ἐφηβ.* (sc. *ἀνέγραψεν*) (*Φιλ.* IV, 344, 3). — *ὁ κοσμητὴς τ. ε. ὁ δεῖνα ἀνέγραψε τοὺς κτλ. ἄρχοντος τοῦ δεῖνος* (*Φιλ.* IV, 344, 4). — *ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος ὁ κοσμητὴς τ. ε. ο δεῖνα κτλ.* (*Φιλ.* I, 384, 4. II, 268. IV, 168, 2. IV, 270, 2). — *ὁ κοσμητὴς τ. ἐφ. ὁ δεῖνα καὶ ὁ ἀντικοσμητὴς ὁ δεῖνα τούς τε κτλ.* — *ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος, ἀνέγραψαν* (*Φιλ.* III, 553). — *Κοσμητεύοντος τοῦ δεῖνος, ἄρχοντος τοῦ δεῖνος* (*Φιλ.* IV, 164, 1), denique aliae similes; sed has formulas demum inde ab Hadriani fere aetate in titulis deprehendi adnotandum est. —

Vs. 1. Cosmetae nomen aliunde supplere nobis non contigit. Cosmeta est omnium in epheborum gymnasio magistratuum summus et honestissimus idemque semper annuus. Creatur a populo *χειροτονίᾳ.* Omnia in gymnasio moderatur; singula autem magistratus cosmetae subditi administrant. Rectissime Dittenbergerus l. l. pag. 31 monuit ditioribus tantummodo et nobilioribus hoc munus a civibus mandari solitum esse, quod vel inde adparere quod iidem homines quos archontes et strategos, summos eo tempore magistratus, fuisse sciamus etiam cosmetae munere functi sint. Quod vero inter alia exempla C. Julium Casianum Apollonium Stiriensem in tit. C. I. 272 A. archontem eponymum esse vult errat: est ibi ephebus (cf. pag. 22) neque idem est ac qui in C. I. 272 B exhibetur cosmeta C. Julius Casianus Apollonius Stiriensis: immo hic est illius pater. Ipse vero filius C. Jul. Cas. Apollonius Stir. revera archon eponymus est in tit. *Φιλ.* III, 277, 1 (cf. cap. V). Neque minus errat quod M. Aurelium Alcamenem archontem eponymum esse dicit in tit. C. I. 283 (= *Ἐφ. ἀρχ.* 2601): est et hic ibi ephebus; etenim illud »*ἄρχων*« vanum est ibi vocabulum (cf. de ea re quae infra adferam). Iam Cumanudes illud fragmentum (C. I. 283) in suo loco reposuit, scl. in tit. *Φιλ*, IV, 344, 2, cuius est particula. —

Lege praescriptum cosmetae videtur fuisse ut catalogum quo qui sub ipso in gymnasio per annum magistratus praeceptoresve et qui ephebi fuerant continebantur in metroum traderet (cf. cap. IV). Ceterum eis quae Dittenbergerus l. l. pag. 29—33 primum adcurate et distincte hoc de magistratu disseruit non habeo quod addam aut detraham, nisi quod adicio etiam anticosmetae vel hypocosmetae munus fere semper fuisse annuum.[1]

Vs 3. *οἱ συνάρχοντες* ii sunt qui una cum cosmeta in gymnasio magistratu quodam funguntur. In tit. *Φιλ.* IV, 344, 2 adcuratius dicitur *τοὺς ἰδίους συνάρχοντας*; et *Φιλ.* II, 428 *ἀναστήσαντες τόν τε κοσμητὴν καὶ τοὺς συνάρχοντας αὐτοῦ.* Pro *τοὺς συνάρχοντας* exhibet tit. *Φιλ.* I, 384, 4 *τοὺς συνάρξαντας*, quod adcuratius respondet voci *τοὺς ἐφηβεύσαντας.* Denique pro *τοὺς συνάρχοντας* invenitur in *Φιλ.* IV, 344, 4. IV, 168, 3 *τοὺς περὶ τὸ Διογένειον.* Diogeneion est epheborum gymnasium, et quidem imperatorum aetate unicum videtur fuisse. — Item nostra in inscriptione vs. 17 *τοὺς περὶ τὸ Διογένειον πάντας*, quae vox haut dubie magistratus magistros ministros epheborum complectitur. Item vs. 43 *τοὺς περὶ τὸ Διογένειον.* — C. I. 427 *οἱ περὶ τὸ Διογένειον.* Contra in tit. *Φιλ.* II, 428 dicitur *τοὺς συνάρχοντας αὐτοῦ* (sc. *τοῦ κοσμητοῦ*) *καὶ τοὺς περὶ τὸ Διογένειον*; ibi ergo adcuratius distingui videtur inter magistratus epheborum et inter eorum praeceptores ministrosque. —

Vs. 3. *τοὺς ὑπ' αὐτῷ ἐφηβεύσαντας*: pro hoc in *Φιλ.* III, 444, 1 legitur *τοὺς ὑπ' αὐτὸν*; in *Φιλ.* IV, 168, 2 *ὑφ' ἑαυτὸν κτλ.*; semel denique *τοὺς ἐπ' αὐ[τοῦ ἐφηβ.]*; sic enim in *Φιλ.* IV, 344, 3 supplendum, non cum Cumanude *ἐπ' αὐ[τῷ κτλ.]* —

Iam secuntur in Col. I epheborum magistratus, praeceptores, ministri; in Col. II ephebici quidam tituli vel nomina magistratuum eaque epheborum, atque agonethetae ephebi adscriptis sollennium nominibus. Denique in col. III, IV cuncti illius anni ephebi, per tribus dispositi, post quos peregrini ephebi. —

Col. I.

Hi magistratus praeceptores ministri illo tempore cuncti sunt

---

[1] Semel tantummodo idem homo duobus annis comparet anticosmeta, cf. *Φιλ.* III, 277, 1 et *Ἐφ. ἀρχ.* 2831; vid. Cap. V.

iudicandi publice instituti. Ex quibus paedotribae munus summum et honestissimum fuisse videtur. Primo enim loco fere semper atque adeo haut raro in ipsis titulorum praescriptis iuxta archontem et cosmetam scribitur. Praeterea unus omnium primus per vitae tempus munere fungitur idque, quantum ex titulis constat, circiter inde ab Hadriani imperatoris aetate. Ante imperatorum tempora earum rerum quae ad gymnasticen corporisque exercitationem spectant praeceptores semper sunt quinque, *παιδοτρίβης*, *ὁπλομάχος*, *ἀκοντιστής*, *τοξότης*, *καταπαλταφέτης* (vel *ἀφέτης*); et comprehenduntur nomine *διδάσκαλοι* vel *παιδευταί*; quorum hoc nomen etiam imperatorum aetate usurpatur usque fere ad Hadriani imperatoris aetatem: inde enim in nullo titulo inveni, sed audiunt postea *οἱ περὶ τὸ Διογένειον*; in uno titulo *Φιλ.* IV, 547, 2 vocantur *τάξεις ἐν Διογενείῳ*. Atque ex quinque illis nulli imperatorum aetate supersunt nisi *παιδοτρίβης* et *ὁπλομάχος*. Itaque si in quo titulo occurrit *ἀκοντιστής* vel *τοξότης* vel *καταπαλταφέτης*, statim diiudicari potest titulum non posse incidere in imperatorum aetatem. Ea autem aetate gymnasticam rem quae proprie dicitur solus paedotriba, militarem exercitationem usumque armorum unus hoplomachus docet. Neque id mirum. Prioribus sane temporibus Atheniensibus nihil maiori fuit curae quam ut iuvenes rem militarem discerent et ratione et usu. Cum vero Atheniensium respublica sui iuris esse desiisset Romanorumque imperio pareret, bellica civium virtus iamdudum languebat, neque amplius opus videbatur ut cives ad defendendam patriam educarentur. Itaque in epheborum gymnasio unus hoplomachus tunc quidem militari exercitationi, si quidem talis fuit ac non potius vanum ludibrium quoddam, satisfecit. Idcirco iam neque *τοξότης* neque *ἀκοντιστής* amplius invenitur in gymnasio neque denique *καταπαλταφέτης*; quamvis enim in eius locum posteriore tempore successisse videatur *κεστροφύλαξ*, hoc tamen vocabulum indicat illud praeceptoris munus abiisse in vim ministri. Revera ergo unicus hoplomachus tunc inservit militari exercitationi. Accedit quod ex quo mos secum ferebat ut nobilissimus quisque et ditissimus Athenis in epheborum gymnasio per annum versaretur, cum peregrini multi undique ex Macedonia Graecia Italia Athenas in gymnasium concurrebant, hi sane eo non proficiscebantur ut in Diogeneio militaribus exercitationibus labo-

ribus molestiis sudarent et boni efficerentur milites. Corpus et animum excolere volebant: huic rei philosophorum scholae quas frequentabant, illi rei unus paedotriba et hoplomachus satis inserviebant. Quamquam etiam tunc certam anni partem fines terrae Atticae perlustrantes in *περιπολείᾳ* videntur consumpsisse. Colligo ex tit. *Φιλ.* III, p. 350, 1 *Θράσυλλος ἐφηβεύσας — καὶ σκηναρχήσας κτλ.* Item in *Φιλ.* IV, 265, 1 vs. 46 conmemoratur *κα]ὶ ἐσκηνάρχη[σεν] ἡμέρας τρεῖς.* Cuius vocis vis Dittenbergero (l. l. pag. 46) prorsus obscura videtur, at meo iudicio significat eos ex ephebis quibus cum ephebi in *περιπολείᾳ* sub divo pernoctabant tabernaculorum recte collocandorum et ordinandorum cura ac potestas mandata erat. Nimirum Polluce (VIII, 105) auctore *περίπολοι ἔφηβοι περιῄεσαν τὴν χώραν φυλάττοντες ὥςπερ ἤδη μελετῶντες τὰ στρατιωτικά.* Sed rem postea vanum ludibrium spectaculumque factam esse veri admodum est simile, idque iam paullo ante imperatorum aetatem. Cicero quidem de republ. IV, 4 »quam levis«, ait, »illa epheborum militia!«

Paedotriba primus, ut iam dixi, per vitae tempus (»*διὰ βίου*«) munere fungitur. Postea alii magistratus praeceptoresque accedunt. Post paedotribam primus scriba comparet perpetuus (C. I. 276. *Φιλ.* IV, 272). Caracallae aetate mos iam latius patet: in tit. *Φιλ.* I, 518, 6 a. 210 scripto (cf. cap. V) praeter paedotribam et scribam etiam *ἡγεμών* et *διδάσκαλος* sunt perpetui. Sed iam in tit. *Φιλ.* III, 356, quod fragmentum, quamvis neque archontis neque cosmetae neque denique paedotribae nomen servatum sit, ad Telesphori paedotribae tempus ideoque ad Caracallae aetatem pertinere docent nomina praeceptorum quorundam ministrorumque, quae in aliis titulis sub paedotriba Telesphoro scriptis redeant, ibi aio, iam *ὁπλομάχος, ὑποπαιδοτρίβης, διδάσκαλος, ὁ ἐπὶ Διογενείῳ* audiunt *οἱ* »*διὰ βίου.*« Denique Cratonis demum paedotribae i. e. Gordianorum fere aetate omnino omnes magistratus praeceptores ministri sunt perpetui. Semper enim eis superscriptum est, »*οἱ διὰ βίου.*« (*Φιλ.* II, 428; IV, 344, 4.). —

Qui nostra in inscriptione (vs. 5. 6) comparet paedotriba Nicostratus Hilari filius Pallenensis invenitur etiam in C. I. 286; ibi enim est restituendum *παιδοτριβοῦντος Νικοστ]ράτου τοῦ Ἱλάρου Παλληνέως*, non *κοσμητεύοντος κτλ.*, quod Boeckhius voluit. Idem

paedotriba comparet in *Φιλ.* IV, 272, 3. Quod vero ibi legitur *ὑπο]παιδοτρίβης διὰ βίου* quomodo sit intellegendum docebimus in cap. XV: fuit enim per quandam anni partem *ὑποπαιδοτρίβης*, tum mortuo paedotriba perpetuo Epicteto in eius locum successit (a. 192). Unde simul adparet nostram inscriptionem post a. 192 exaratam esse.

Vs. 7. 8. Γραμματεὺς διὰ βίου ἱερεὺς Στράτων Ἀχαρνεὺς τὸ δι´ i. e. quartum decimum annum munere fungens. Pro ΔΙ exspectemus ΙΔ (cf. Franz. el. epigr. pag. 350 sqq.). At similiter scribitur ΗΙ pro ΙΗ in *Φιλ.* II, 428, vs. 46. Scribae autem munus in epheborum gymnasio satis magna auctoritate et dignitate videtur floruisse. Id enim inde colligo quod scriba primus post paedotribam fit perpetuus inter ceteros gymnasii magistratus et quod hic Straton simul sacerdotio quodam fungitur. Idem homo aliis in titulis adcuratius appellatur *Στράτων Κιθαιρῶνος Ἀχαρνεύς*. Sophronista est una cum fratre Cithaerone Cith. fil. Acharn. in C. I. 277; *γραμματεὺς* et *ἱερεύς* est in C. I. 286. — *γραμματεὺς διὰ βίου* in C. I. 276. — *γραμματεὺς διὰ βίου* et *ἱερεὺς* in *Φιλ.* III, 277, 1; III, 553, 2; I, 518, 6; denique in *Ἐφ. ἀρχ.* 2831 (cf. cap. V). Sub paedotribis Epicteto Nicostrato Telesphoro, i. e. inde ab Commodo usque in Caracallae aetatem, in munere fuit. —

Inde ab vs. 9—22 recensentur sophronistae et hyposophronistae. Quo de munere non plus compertum habemus quam quod ex ipso nomine cognoscitur. Apud Pittak. l'anc. Athènes pag. 480, 481 in manco, sepulcrali sine dubio titulo, praedicatur, *σωφρονίσαντα ἐφήβους μετὰ πάσης εὐκοσμίας*. — Liberae reipublicae tempore erant decem, singuli ex singulis tribubus electi (cf. Boeckh. Oecon. civil. I. p. 337. De ephebia pag. 85). Imperatorum aetate sex semper sunt sophronistae totidemque hyposophronistae. Quod vero in C. I. 277 quattuor tantum sophronistae inveniuntur sic intellego ut fragmentum illud esse censeam tituli quo systremma epheborum continetur; eodem modo quaternos sophronistas[1] adscriptos invenimus duobus systremmatibus in *Φιλ.* I, 384, 3. — Praeterea in titulo *Φιλ.* IV, 164, 1, quamvis integro, sophronistae

[1] Vox *σωφρονιστής* ibi latiore sensu est intellegenda ita ut significet et sophronistam et hyposophronistam, qui proprie dicuntur.

tantum recensentur, nulli hyposophronistae; sunt aut de industria, quia locus deerat, aut culpa quadratarii omissi. — Denique sophronistarum munus von multum valuisse videtur. Saepissime enim in titulis etsi cetera munera omnia recensentur, sophronistae et hyposophronistae plane omittuntur. Sed cavendum ne si in quo titulo non exhibeantur inde colligamus omnino nullos eo anno fuisse sophronistas; veluti in tit. *Φιλ.* IV, 265, 1 neque sophronistae neque hyposophronistae recensentur, tamen vs. 48 inter gymnasiarchos inveniuntur *οἱ τῶν] σωφρονιστῶν διοί.* —

Vs. 10. *Ἡρακλέων Ἡρακλέωνος Φλυεύς·* redit inter sophronistas in tit. *Φιλ.* II, 268 (a. 166/167 cf. pag. 18, 25). Ibidem inter hyposophronistas est *Ἰσίδοτος Ἰσιδότου Σουνιεύς,* qui idem in nostra inscriptione vs. 17 in subsophronistis habetur. Sed cum fere 25 anni inter utramque inscriptionem interiecti sint, eosdem esse homines non pro certo dixerim.

Vs. 14. ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟ///////////ΑΦΡΟ ΣΤΕΙ conplendum esse censeo in *Ἀφροδείσιο[ς Ἐπ]αφρο[δείτου] Στειριεύς.* Nam cum patris et filii nomen idem esse semper signo) indicetur, non veri est simile scriptum fuisse *Ἀφροδείσιος Ἀφροδεισίου.* Accedit quod vs. 18 (Col. III) inter ephebos comparet *Ἐπ]αφρόδειτος Ἀφροδεισίου Στειριεύς,* illius sine dubio filius.

Vs. 15. Scriptum erat *Ἐλπίνεικο[ς*)]; lacuna enim parum ampla quam in qua scriptum esse potuerit patris nomen.

Vs. 16. *ὑποσωφ[ρονι]σταί.*

Vs. 18. ΑΝΤ///Ι compendium pro *Ἀντινοεύς,* quod est demoticum tribus Hadrianidis; demi nomen fuit *Ἀντινόη* aut *Ἀντινοεία,* in Antinoi, dilecti ab Hadriano iuvenis, honorem institutum, pariter ac sollennia *Ἀντινόεια.* Desideratur hic demus apud Rossium »de demis Atticis«, at nunc pluribus in titulis reperitur, veluti in *Ἐφ. ἀρχ.* 1624; *Φιλ.* I, 518, 6 vs. 44. 45 (Col. II); III, 553 vs. 26; IV, 344, 3 vs. 11 (Col. II); III, 444, 1 vs. 32. — At forsitan quispiam censeat illud *Ἀντι*‾ conplendum esse vel conpleri posse etiam in *Ἀντι[οχεύς],* quo de demotico Rossius quamvis dubitaret, tamen nihil certi statuere, sed quaestionem in medio relinqui voluit. Et sane ex quo Rossius de demis scripsit permulti alii Athenis sunt inventi tituli quibus exhibetur *Ἀντιοχεύς* (feminina

forma Ἀντιόχισσα), veluti Ἐφ. ἀρχ. 1735, 1783, 987, 990, 1694, 1558, 833, περ. B. no. 188, 194. — Lenormant, inscr. Graec. ined. (Mus. Rhen. XXI, pag. 237 sqq. 362 sqq.) no. 18. 20. 226, quos obiter notavi, sed multos alios extare scio. Quamquam de demo Attico cogitari non posse hodie docemur tit. Φιλ. I post pag. 56 no. 3, ubi inter peregrinos ephebos tres recensentur Ἀντιοχεῖς; item in tit. Φιλ. I, post pag. 288, 5 inter peregrinos ephebos unus est Ἀντιοχεύς.[1] Quamquam mirum quod tam multi Ἀντιοχεῖς in Atticis, sepulcralibus potissimum, titulis reperti sunt. Sed sicuti admodum probabilis est Dittenbergeri l. l. pag. 18 sententia Milesios (ut Aegialae et Minoae in insula Amorgo factum esse demonstrat Rossius de dem. pag. 43. Inscr. ined. II no. 120. 121) etiam Athenis propriam quandam coloniam vel civitatem retento patriae nomine constituisse: sic simile quid factum esse puto ab Antiochensibus.

Vs. 19. Ἀθηνόδωρο[ς)] restituendum; patris integrum nomen non scriptum fuisse cognoscitur ex lacuna parum ampla. —

Vs. 20. Διονύσιος Σ.....ου ἐξ..... Collato vs. 13 (Σώτας Σώτου ἐξ Οἴου) fortasse restituendum Διονύσιος Σ[ώτ]ου ἐξ [Οἴου]. Quamquam per se potest etiam restitui Σ[όφ]ου, Σ[ωσί]ου, alia. —

Vs. 21. Λεωνίδης Σ.....ῶ Ἀθμ͞. Patris nomen decurtatum fuisse indicat signum ˜; fuerit Σ[ωτι]ω˜ i. e. Σωτίωνος, aut Σ[ωσί]ωνος, aut simile.

Vs. 22. Παράμονος..... νου Ὤαθ[εν. Collato vs. 6 (Col. IV) ubi habetur Ῥαδινὸς Ῥαδινοῦ Ὤαθεν conplendum esse censeo Παράμονος [Ῥαδι]νοῦ Ὤαθεν; hic enim illius frater videtur esse putandus.

Vs. 23. 24. προστάτ[ης] Π[όπλιος] Αἴλιος Παιδ[έ]ρως Παλ[ληνεύς]. Nomen Παιδέρως extat etiam in Ἐφ. ἀρχ. 3261, 862; Φιλ. IV, 547, 2. Est receptum quidem iam a Papeio in lexicum, at non ex Atticis titulis. — Similiter formatum est Φιλέρως, Ἑρμέρως, Χρυσέρως, Συνέρως. — Προστάτης etiam in aliis ephebicis titulis occurrit, quale autem fuerit munus non constat. Fortasse προστάτης

[1] Cum eisdem in titulis inter peregrinos ephebos etiam conplures Ἡρακλεῶται et Μιλήσιοι compareant, vel de his nunc quidem res diiudicata est.

est patronus veteri Atheniensium more atque inservit peregrinorum epheborum rationibus.

Vs. 25. 26. *ἡγεμὼν Ἀθηνόδωρος Ἀθηνοδώρου Ἀθμονεύς.* Etiam *ἡγεμόνος* munus constans fere occurrit in hisce titulis, at ne hoc quidem quid significet scimus. Nescio an is fuerit in gymnasio *ἡγεμών*, qui epheborum militaribus exercitationibus et excursionibus praeerat easque recte instruebat.

Vs. 27. 28. *ὁπλομάχος [Ζω]ΐλος Εἰρηνα[ί]ου Φλυεύς.* De conplemento *[Ζω]ΐλος* non dubito. Supra iota sunt duo puncta (ï): hoc illi tempori est proprium ut vocali iota, sive simplici sive in diphtongo scriptae, non raro duo puncta superscribantur, quae nihil habent commune cum punctis *διαιρέσεως* quae vocant. Sic etiam supra vs. 4 scriptum est ΪΣΟ.

Vs. 29. 30. *δ[ιδά]σκαλος Ζώσ[ιμ]ος Ἀλεξάνδρου Λαμπτρεύς.* Idem redit in *Ἐφ. ἀρχ. περ.* B. 204 tab. 31, sepulcrali, ut videtur, titulo. Idem sine dubio est qui in *Φιλ.* IV, 272, 3 vs. 33 comparet *δι]δάσκαλος Ζώσιμος Λαμπτρεύς*, anno 192 (cf. cap. XV.) — Pro *διδάσκαλος* adcuratius etiam dicitur *διδάσκαλος ἐφήβων* (*Φιλ.* I, 522, 7). Fuisse autem *διδάσκαλον* musicarum rerum doctorem neque ante Hadrianum imperatorem institutum esse patet ex tit. *Φιλ.* III, 444, 1 vs. 30: *διδάσκαλος ἐφήβων τῶν ᾀσμάτων θεοῦ Ἀδριανοῦ.* At mirum quod praeter hunc nullus umquam alius praeceptor in ephebicis titulis invenitur qui litteris liberalibusque artibus ephebos instituerit. Etsi enim philosophorum scholas ephebos solitos esse frequentare scimus, tamen is expectetur qui elementa geometriae et rhetoricae atque litteras eos docuerit. Scilicet apud Plutarchum quaest. symp. IX, 1, 1 invenimus *Ἀμμώνιος Ἀθήνησι στρατηγῶν ἀπόδειξιν ἔλαβεν ἐν τῷ Διογενείῳ*[1] *τῶν γράμματα καὶ γεωμετρίαν καὶ τὰ ῥητορικὰ καὶ μουσικὴν μανθανόντων ἐφήβων.* An haec omnia unus ille *διδάσκαλος* docebat? Paene crediderim. —

Vs. 31. 32. *ὑπο[πα]ιδοτρίβη[ς] Εὐτυχια[νὸ]ς Ὑακίν[θου] Σφήττιος.* — Idem hypopaedotriba invenitur in *Φιλ.* I, 518, 6. — III, 277, 1. — III, 553, 2. — III, 356. — IV, 547, 2, qui tituli

---

[1] Libri: *ἔλαβε τῷ Διογενείῳ.* Emendavit E. Curtius (Nachrichten v. d. Universität. u. d. Kgl. Ges. d. Wissensch. zu Göttingen, (1860 p. 337.)

cuncti ad Telesphori perpetui paedotribae annos pertinent itaque spectant ad Severi Caracallaeque aetatem. —

Vs. 33. 34. *ὑπογραμματεὺς Πόπλιος Αἴλιος Ἄνθος [Ἡ]ρεσίδης.* Pro *ὑπογραμματεύς* alibi scribitur *ἀντιγραμματεύς*, pariter ac pro *ὑποκοσμητής* occurrit *ἀντικοσμητής*, utrumque plane eodem sensu. Hypopaedotriba est socius adiunctus paedotribae.

Vs. 35. 36. *Κεστροφύλαξ Κάρπος Κάρπου.* Demoticum potest fuisse Ἀ[ν]αφ[λύστιος] aut Ἀ[ρ]αφ[ήνιος]. — *Κεστροφύλαξ* institutus est sine dubio posteriore tempore pro eo qui priore tempore vocatur *καταπαλταφέτης*, sed ministri videtur loco esse. *Κέστρος* Suida auctore est tormentum quoddam Persei regis bello inventum; postea semper pro catapulta obsoleta videtur usurpatum esse, etiam in epheborum gymnasio. Inde ephebi vocantur *κεστροφόροι* in tit. *Φιλ.* III, 60, 1 vs. 7; quod vocabulum adhuc in lexicis deest, non minus quam proprium a vocabulo *κεστροφύλαξ* derivatum verbum »*κεστροφυλακεῖν*«, quod invenitur in *Φιλ.* I, 381 vs. 24 (*ἐκεστροφυλάκει*), item in *Φιλ.* III, 62, 2 vs. 8. —

Iam inde *ab vs. 37—47* legimus notam »*ἐκ τῶν σεβαστοφορικ[ῶ]ν ἐδόθη τοῖς ἐφήβο[ι]ς π[ᾶ]σι ἐ[ν] Πλαταιαῖς τῷ δ[ι]αλόγῳ ἑκάστῳ δηνάρια τρία καὶ ὑπὲ[ρ] τῆς ὑγείας τοῦ αὐτοκράτορος εἰς θυσίας τοῖς περὶ τ[ὴ]ν ἐπιμέλειαν αὐτῶν τε[τ]αγμένοις ἑκάστῳ δηνάρια πέντε καὶ ἐκ τῶν περισσῶν ἐπετελέσθη ὁ ἀγὼν τῶ[ν] Ἀθηναίων.*« Ratio redditur, ut est perspicuum, pecuniarum quae per annum ex quodam gymnasii aerario sunt sumptae. Primum quale illud aerarium fuerit quaerendum esse videtur. Adeo nihil de eo constat ut ne vocabulum quidem in lexicis reperiatur; plane est novum atque ex titulis demum innotuit. Quamquam coniecturam veri fortasse haut dissimilem proponere licebit. Adparet vocabulum *σεβαστοφορικά* derivandum esse ab *σεβαστοφόρος*, quod apud Suidam s. v. *Αὔγουστος* invenitur ibique significat sacerdotem Augusti.[1] At unde nascitur ea vis? nimirum eum significat penes quem munus erat sollennibus pompis quae ad imperatoris cultum pertinebant *φέρειν σεβαστόν*, id est imaginem quandam imperatoris praeferre; sicuti similiter dicitur *Παστοφόρος* is sacerdos qui ima-

---

[1] Idem significat *σεβαστοφάντης* in C. I. 3187; 3726. —

ginem cuiusdam numinis, sacello inclusam, ferebat.[1] Itaque vocabulum *σεβαστοφορικά* de aerario sacro intellegendum esse videtur, ex quo eae quae in cultum imperatoris fiebant inpensae erogabantur. Iam si quaeritur quî illud aerarium proprium esse potuerit ephebici gymnasii, facile est intellectu. Fac enim illum *σεβαστοφόρον* usque electum esse ex ephebis,[2] porro memineris summas in sollennibus, in imperatorum honorem institutis, celebrandis partes semper fuisse epheborum: nonne tota res fit perspicua? Sed quaeri potest ex quo tempore illud aerarium originem suam duxerit. Suidae verbis non cogimur de Augusto imperatore cogitare, sed licet de quovis alio imperatore intellegere. Immo vetamur ab ipso Augusto imperatore originem repetere, quod *τὰ Σεβαστά* vel *οἱ Σεβαστοὶ ἀγῶνες*, i. e. ludi Augustales, Claudii demum tempore instituta esse videntur. In titulo enim apud Ross. de dem. pag. 87 no. 141, Claudii aetate exarato, vs. 4 legimus *ἀγωνοθέτου πρώτου τῶν Σεβαστῶν ἀγώνων*. Et sane antea nullis, quod sciam, in titulis ludi Augustales conmemorantur; accedit quod ne in ephebicis quidem titulis sollennia in imperatorum cultum celebrata occurrunt quae ante Claudium sint instituta. Omnium vetustissima sunt *Γερμανίκεια*, in ipsius Claudii honorem celebrata (cf. quae ad vs. 39 adferemus). Perquam igitur est probabile aerarium illud ab hoc vel sub hoc imperatore esse creatum. Atque adeo certum annum statuere licet, si quidem *Σεβαστοφορικά* eodem anno quo ipsa *Σεβαστά* instituta sunt. Scilicet in Rossiano illo titulo conmemoratur *Νούϊος Φιλείνου ἐξ Οἴου στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας*; idem in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* 3724 *στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλ.* est *τὸ δ'* i. e. quartum annum, et in *Φιλ.* IV, 332 *στρατηγὸς ἐπὶ τ. ὁπλ.* est *τὸ ὄγδοον*. Atqui Philistoris tit. utpote in quo archon *Θράσυλλος* exhibeatur incidit in a. 61 p. Chr. (cf. Phlegon Trall. de mir. c. 20). Quo anno quum Novius ille octavum annum *στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας* conpareat, efficitur, si quidem per octo deinceps annos idem munus eum obtinuisse licet colligere, ut Rossianus titulus, in quo Novius quum nota anni non addita vocetur simpliciter *στρατηγὸς ἐπὶ τ. ὁπλ.*,

---

[1] Cf. Wessel. Diod. 1, 29; Clem. Al. paed. 3, 2. p. 216. C. — Similiter etiam dicitur (C. I. n. 481 pag. 470) *ἁγιοφόρος*, quod idem significare videtur atque *ἱεραφόρος* (Cf. Franz. C. I. III. p. 305 b). —

[2] Eodem modo *ἱερεὺς Ἀντινόου* semper est ex epheborum numero. —

primum annum in strategi munere videatur esse, scriptus sit a. 53 p. Chr. Hoc autem anno Novius, ut iam indicavimus, *ἀγωνοθέτης πρῶτος τῶν Σεβαστῶν ἀγώνων* est: proinde hoc anno et ludi *Σεβαστά* et illud aerarium *Σεβαστοφορικῶν* videntur esse instituta.

Atque ex eo aerario inprimis eas inpensas quae in cultum imperatorum fiebant esse erogatas etiam ceteris locis quibus *Σεβαστοφορικά* conmemorantur conprobatur; quamquam etiam in alias res pecunias inde sumptas esse ibidem cognoscimus. Non ab re alienum erit eos locos huc describere, praesertim cum non omnibus sit copia Philistoris libros inspiciendi:

Φιλ. III, 444, 1. Ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν ἐδόθη ἐν Πλαταιαῖς τῷ διαλόγῳ διανομὴ τοῖς ἐφήβοις καὶ τοῖς περὶ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν τεταγμένοις καὶ εἰς θυσίας ὑπὲρ τῆς νίκης τῶν αὐτοκρατόρων καὶ ὑγείας τῶν ἀρχιερέων, καὶ εἰς τὸν ἐνδεήσαντὰ χρόνον ἐξ αὐτῶν ἐγυμνασιαρχήθ(η) καὶ ὑδρία ἀνετέθη τοῖς ἀεὶ ἐσομένοις ἐφήβοις.

Φιλ. IV, 272, 3. *Ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν ἐδόθη ἐν Πλαταιαῖς τῷ διαλόγῳ διανομὴ τοῖς ἐφήβοις καὶ τοῖς περὶ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν τεταγμένοις καὶ εἰς θυσία[ς] ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτο[ρος] τῆς ὑγείας καὶ εἰς σπονδὰς ἐδόθη τ[ὰ κατά]λοιπα τοῖς περὶ τ[ὸ Δ]ιογένειον.* —

Φιλ. IV, 547, 2. *Τ[ὰς δ]ὲ σεβαστοφορικὰς νομὰς πάσας τὰς διὰ Πανελληνίων ἐπ' ἴσης οἵ τε ἔφηβοι καὶ οἱ περὶ τὸ Διογένειον θύσαντες καὶ σπείσαντες ἐν τῷ Διογενείῳ τὰ ἐξιτήρια εὐωχήθησαν, οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ συνετέλεσαν οἱ ἔφηβοι ἢ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον τῷ καψαρίῳ μόνῳ.* —

Ἐφ. ἀρχ. no. 2831. cf. Cap. V.

Φιλ. III, 553, 2. *Μεταγειτο[ν]ιῶνα ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν* (sc. *ἐγυμνασιαρχήθη*) *καὶ ἀγῶνες Θήσια καὶ Ἀθάνεα* (sc. *ἐπετελέσθησαν*). — Eodem in titulo plura notata fuisse de hoc aerario eaque Col. III inde ab vs. 38, ubi nunc quidem paucae litterae extant, patet ex reliquiis columnae quas Cumanudes postea descripsit in *Φιλ.* IV, pag. 548 sqq., ex quibus inde ab vs. 38 hoc fere scriptum fuisse colligi potest:

[*Ἐκ τῶν σεβαστ*]*οφορι*[*κῶν ἐδόθη*
εἰς [*θυσίας καὶ*] *σπο*[*νδὰς ὑπὲρ τῆς ὑγεί*-
[*ας τῶν αὐτοκρα*]*τόρων* [*τοῖς τε ἐφή*-

βο[ις καὶ τοῖς ἐν] Διογε[νείῳ περὶ αὐτοὺς
τ]ετ[αγμένοις π]ᾶσι ἐν[Πλαταιαῖς

. . . .

. . . .

Ea quae secuntur quî restituenda sint velim doctiores temptent. Atque haec de Sebastophoricorum aerario.

Quid vero vult ille »διάλογος ἐν Πλαταιαῖς«? Praeter ea quae attuli titulorum testimonia nihil hac de re constat. Itaque coniectura res expedienda est, si fieri potest. Ante omnia veri satis esse simile videtur de sollennibus quibusdam cogitare quae quotannis Plataeis celebrabantur. Atque Dittenbergerus quidem l. l. pag. 72 de Eleutheriis Plataeensium intellegi vult »praesertim cum mirum esset, si iidem ephebi, qui Salaminiae et Marathoniae pugnarum memoriam tam pie colebant, tertiae illius de Persis reportatae rationem nullam habuissent.« At sacra festaque in Salaminiae et Marathoniae pugnarum memoriam facta semper revera conmemorantur in illis primi a. Chr. saeculi plebiscitis (Φιλ. I post pag. 56, 1. 2. 3. — post pag. 90; post pag. 288), sed ne semel quidem Eleutheria, quae si revera tum celebrata essent, cur ibi numquam memorarentur vix posset expediri. Itaque nescio an de sollennibus quibusdam imperatorum demum aetate institutis cogitandum sit. Quod ut putem eo magis moveor quia pro voce ἐκ τῶν σεβαστ. ἐδόθη ἐν Πλαταιαῖς κτλ. legimus in eo quem supra attuli tit. Φιλ. IV, 547, 2 : τὰς σεβαστοφορικὰς νομὰς πάσας τὰς διὰ Πανελληνίων κτλ. i. e. donativa sebastophorica quae Panhelleniis dari solent cet. Panhelleniorum ergo festo Plataeis ephebi illa donativa accipiebant. Instituta autem sunt Panhellenia ab Hadriano imperatore. Et sane in titulis ephebicis ante Hadrianum scriptis ea Plataeensia donativa non conmemorantur. At Athenis celebrabantur Panhellenia. Sane. Quamquam res conciliari potest si ita moris fuisse censemus ut ephebi quando Athenis Panhellenia celebrabantur Plataeas excursionem facerent aut pompam ducerent in memoriam Plataeensis pugnae, quippe qua omnes Graeci ab Persarum imperio liberati essent. Quod si verum est, Panhellenia nescio quid commune fortasse habuerunt cum quinquennalibus illis Eleutheriis quae ab omnibus Graecis apud Plataeas agebantur (Cf. Corsin. F. A. II pag. 331 sqq.); immo fit veri simile Hadrianum imperatorem

in instituendis Panhelleniis originem duxisse ab quinquennalibus illis Eleutheriis, inmutasse tamen festi et nomen et locum, ephebos autem veterem festi memoriam pie colentes etiamtunc eodem usque tempore quo Athenis celebrabantur Panhellenia profectos esse Plataeas. Iam vero qui est ille Plataeensis »διάλογος« aut quid significat? Fortasse in memoriam Plataeensis de Persis reportatae victoriae omniumque Graecorum in libertatem vindicationis quidam ex ephebis aut sponte sua aut a cosmeta iussi orationes demonstrativas vel panegyricas illa occasione ita habebant ut se plures inter se exciperent in dicendo, quod vocabant διάλογον.[1] Quae sententia non prorsus a vero aliena esse videatur, praesertim cum etiam aliis occasionibus ludisve ab ephebis orationes esse habitas doceamur titulo Φιλ. IV, 344, 2, ubi vs. 68 sqq. (Col. III) sic conpleri volo,

[λόγους προτρε-
πτικοὺς εἶπον Καλλίφ[ρων Προτεί-
μου καὶ Στά. Ἀθηνογένη[ς. τοῖς
ἀλώοις τῶν ἐφήβων λόγο[υς εἶπον
Φλ. Ἡλιόδωρος, Φλ. Μηνοχ[άρης,
Καλλίφρων Προτείμου, Στά. [Ἀθη-
νογένης· τῷ περὶ ἀλκῆς (sc. λόγον εἶπεν)
Αὐρήλιος Ἀλκαμένης.

Sed satis nunc hac de re.

Secundum nostram inscriptionem singuli ephebi ternos, magistri ministrique quinos denarios in illa pecuniae distributione accipiunt. Contra in Φιλ. IV, 547, 2 τὰς διανομὰς ἐπ' ἴσης οἵ τε ἔφηβοι καὶ οἱ περὶ τὸ Διογένειον accepisse dicuntur. Itaque non constans eademque semper distribuendi ratio fuit. —

Vs. 40. ⳨ significat denarium. Imperatorum aetate in Atticis titulis omnis conputatio fit denariis (Cf. Franz. elem. epigr. pag. 351).

Vs. 45. Cum dicatur ἐκ τῶν περισσῶν κτλ. et Φιλ. IV, 272, 3

---

[1] Praepositio δια in voce διάλογος potest etiam significare certatim, noto usu, de quo cf. Küster ad Aristoph. Equit. 1400. Bast Ep. critic. 215. Dindorf ad Aristoph. p. VIII pag. 572. — Simile quid habes in voce διαδικασία. Quod si recte statuimus, ephebi illa occasione demonstrativis orationibus inter se certare solebant.

ἐδόθη τ[ὰ κατά]λοιπα[1] κτλ., aerarium plane exhaustum et insequentibus annis denuo inpletum esse videtur. —

Col. II.

Vs. 5. 6. 7. Ἄρχων καὶ γυμνασίαρ[χος] δι' ὅλου ἔτους Φιλιστείδης Φιλιστείδου Π[ειραιεύς]. Idem infra vs. 48 conmemoratur: ex utroque versu invicem demoticum efficitur; vs. 48 enim extat Φιλιστειδ . . . . αιευς. — Pro γυμνασίαρ[χος] potest etiam conpleri γυμνασιάρ[χης], quod passim invenitur (C. I. 270. Φιλ. I p. 518), sicuti pro ὁπλομάχος reperitur etiam ὁπλομάχης (Rangabé pag. 713 no. 995. Plato Euthyd. 299 C). — Gymnasiarchos, qui quidem in huius generis titulis inveniantur, semper ex epheborum numero esse supra iam demonstravimus. Itaque patet illud archontis munus non esse publicum, sed ephebicum quoddam vocabulum vel titulum. Inde simul efficitur idem statuendum esse de ceteris insequentibus magistratuum titulis, στρατηγός, κῆρυξ, βασιλεύς, πολέμαρχος, ἀγορανόμοι. Quod eo praeterea conprobatur in nostra inscriptione quod vs. 12 de rege dicitur: εἱστίασε τοὺς συνεφήβους. Nihil nimirum nisi vanum quoddam epheborum ludibrium hac in re cernendum est, quo reipublicae institutiones imitati publicorum magistratuum titulos dignitatesque sibi adsumebant. Saepe in inscriptionibus hi tituli, ut ita dicam, occurrunt et semper sunt, iterum aio, epheborum. Quod, quamvis suspicarentur viri docti, cum adhuc nondum adcurate et copiose, id est de omnibus eius generis inscriptionibus, demonstratum sit, cumque quidam ex illis archontibus etiam in publicorum archontum eponymorum catalogum inmerito sint recepti atque etiam qui adcuratius epheborum res perspexisset Dittenbergerus duos ex illis archontibus iustos eponymos intellegeret,[2] ex re fore arbitror semel de ea re docere adcuratius. In Φιλ. I, 518, 6 ἄρχων, στρατηγός, κῆρυξ, βασιλεύς, πολέμαρχος cuncti inter ephebos per tribus dispositos redeunt. Item in Φιλ. IV, 559, 1 θεσμοθέται, duo εἰςαγωγεῖς. Item in Φιλ. IV, 344, 2 ἄρχων, στρατηγός, κῆρυξ, βασιλεύς, πολέμαρχος, quinque θεσμοθέται, duo ἀστυνόμοι, duo ἀγορανόμοι. — Item in Φιλ. IV, 168, 3 ἄρχων, στρατηγός, βασιλεύς, πολέμαρχος. — Item in Φιλ.

[1] Sic enim restituendum esse existimo.

[2] Cf. supra pag. 41.

I, 522, 7. II, 428 *ἄρχων τῶν ἐφήβων*. — Porro in *Φιλ.* I, 381 dicitur expressis verbis, *τὸν ἑαυτῶν συνέφηβον καὶ ἄρχοντα*. — Porro inter gymnasiarchos recensentur ideoque sunt ephebi in *Φιλ.* IV, 559, 3 *ἄρχων, στρατηγός, κῆρυξ, βασιλεύς, πολέμαρχος, ἀγορανόμος, ἀστυνόμος*; in *Φιλ.* IV, 344, 3 *πολέμαρχος, [ἐπώ]νυμος ἄρχων, στρατηγός, ἀγορανόμοι* (2), *ἀστυνόμοι* (2), quorum posteriores quattuor etiam in epheborum catalogo sub tribubus redeunt; in *Φιλ.* IV, 344, 4 *στρατηγός, κῆρυξ*; in *Ἐφ. ἀρχ.* 2831 *ἄρχων ἐφήβων*; in *Φιλ.* I, 382 *ἄρχων ἐφήβων*; I, 384, 3 *βασιλεύς, κῆρυξ*; I, 522, 7 *ἄρχων ἐφήβων*; IV, 265, 1 *ἄρχων, στρατηγός*; IV, 270, 2 *ἄρχων, στρατηγός, κῆρυξ, βασιλεύς, πολέμαρχος, θεσμοθέται* (4); IV, 272, 3 *ἄρχων, στρατηγός, κῆρυξ*. — Denique qui in *Φιλ.* III, 553, 2 conmemorantur *στρατηγοί* (2), *κήρυκες* (2), *βασιλεύς, πολέμαρχος, ἀγορανόμοι* (2), *ἀστυνόμοι* (2), ideo ephebi sunt iudicandi quia post eos recensitos legitur, *οἱ ὑπόλοιποι τῶν πολειτῶν κατὰ φυλὴν ἔφηβοι*. — Solum de C. I. 272 A (*ἄρχων, βασιλεύς, στρατηγός, κῆρυξ*) demonstrare nequeo quia titulus magna ex parte mutilus est. Sed et hos ephebos esse iam dubium esse non potest. Semel etiam *ἡνίοχος Παλλάδος* (*Φιλ.* II, 428), duo *χορηγοὶ* (*Φιλ.* IV, 270, 2), *ξυστάρχης* (*Φιλ.* IV, 73, 1 vs. 17), et hi ephebi, conparent. Denique in *Φιλ.* IV, 344 (in fine) duodecim *Ἡρακλεῖδαι* totidemque *Θησεῖδαι*, iique cuncti ephebi, recensentur. Ac ne hac quidem in re aliud subesse puto nisi inanem epheborum lusum, quo publicas res imitati gentes quasdam inter se constituisse earumque pro principibus vel auctoribus antiquos heroes Herculem et Theseum sibi adsumpsisse videntur.

Quamvis autem vana sint, ut iam diximus, omnia illa vocabula *ἄρχων στρατηγός* cetera quae in ephebicis titulis reperiuntur, aliquid tamen conferunt ad publica imperatorum aetatis instituta illustranda, utpote quae ephebi imitati sint. Primum enim constans fere ordo est hic, *ἄρχων, στρατηγός, κῆρυξ, βασιλεύς, πολέμαρχος, θεσμοθέται* (quorum numerus fluctuat), *ἀγορανόμοι* (plerumque duo), *ἀστυνόμοι* (duo plerumque), *εἰσαγωγεῖς* (duo). Hos ergo tum temporis amplissimos in republica fuisse honores eosque eis quos modo indicavimus gradibus docemur. Atque strategum (adcuratius dici solet *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα* vel *ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας*) imperatorum aetate proximum post archontem gradum

obtinuisse summaque auctoritate et dignitate inter Athenienses magistratus floruisse iamdudum constabat. Saepissime iuxta archontem in titulorum praescriptis conparet; passim etiam ab eo solo temporis fit definitio in titulis (C. I. 480; 485. Apud Ross. de dem. pag. 87 no. 141. Apud Pitt. l'anc. Athènes pag. 159. C. I. 191; 192.). Denique operae pretium videtur huc adferre tit. *Φιλ.* IV, 532, 1, ubi Novius Philini fil. *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα τὸ ὄγδοον* simul audit *ἀρχιερεὺς Νέρωνος καὶ Διὸς Ἐλευθερίου ἐκ τῶν Ἑλλήνων* (?) *καὶ ἐπιμελητὴς τῆς πόλεως διὰ βίου καὶ ἱερεὺς Δηλίου Ἀπόλλωνος καὶ ἐπιμελητὴς τῆς ἱερᾶς Δήλου καὶ ἀρχιερέως τοῦ οἴκου τῶν Σεβαστῶν καὶ ἄριστος τῶν Ἑλλήνων καὶ νομοθέτης.* Adeo multae in illum hominem collatae sunt dignitates! Atque omnino imperatorum aetate strategi munus reapse omnium honestissimum et amplissimum videtur fuisse, quamvis ordine secundum, quod ex titulis satis perspicitur. Tertium autem ordinis gradum *κήρυκα* (sc. *τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς* meo iudicio, non *τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου*) obtinuisse ex ephebicis illis titulis colligere licet, in quibus tertio usque loco conparet. Et sane in archontum anagraphe — talis enim mea sententia est — in *Ἐφημ. ἀρχ.* 1941 (=Pitt. l'anc. Athènes pag. 480; cf. Mus. Rhen. XIX pag. 269) excipiunt se *ἄρχ[ων]*, *στρατηγός*, *κῆρυξ τῆς ἐ[ξ Ἀρείου πάγου βουλῆς]*, quem sequi videtur *κῆρυξ ἄρχοντος* (?); eodem modo excipiunt se *κῆρυξ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς* et *κῆρυξ ἄρχοντος* (vel *ἄρχοντι*) in C. I. 181. Vero satis honorificum fuisse praeconis munus inde perspicitur quod passim iuxta archontem et strategum in titulorum praescriptis scribitur ad tempus definiendum, veluti in *Φιλ.* IV, 332, 1 (*ἐπὶ Θρασύλλου ἄρχοντος, κηρυκεύοντος Θεογένους, στρατηγοῦντος ἐπὶ τ. ὁπλ. Νουΐου κτλ.*), C. I. 485 (. . . . . *ἀνέθηκε στρατηγοῦ Ἀλκιδάμου, κήρυκος βουλῆς Χρύσου*). — C. I. 353. — Praeterea *Θεογένης*, qui in *Φιλ.* IV, 332, 1 est *κῆρυξ*, idem in C. I. 480 est *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα*, in C. I. 361 autem est *ἐπιμελητὴς τῆς πόλεως.* Item in C. I. 396 *Σαβεῖνος* quidam dicitur *κηρυκεύσας καὶ στρατηγήσας ἐπὶ. τ. ὁπλ. δίς.* Accedit quod amplissimi homines passim praedicantur *κήρυκες τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς*, veluti apud Ross. de dem. no. 75 Ptolemaeus, pater nobilissimi illius Herennii Dexippi; hic ipse autem in C. I. 397. — In *Φιλ.* III, 444, 1 archon Aelius Gelos simul praedicatur *κηρυκεύσας τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς.* In C. I. 353

filius Herodis Attici est κήρυξ. — In Φιλ. III, 458 no. 58 in sede marmorea, inventa in Dionysiaco theatro, legitur: κήρυκος παναγοῦς καὶ ἱερέως. Denique etiam in theatro Dionysiaco praeconis sedem iuxta strategum fuisse docet Ἐφημ. ἀρχ. περ. B. pag. 103, ubi duae sedes marmoreae, eaeque cohaerentes, quae in Dionysiaco theatro sunt repertae, delineantur, quarum alteri inscriptum est στρατηγοῦ, alteri κήρυκος. —

Etiam agoranomiae munus tum temporis adeo non humile fuisse ut vel a nobilissimis civibus subiretur uno quidem testimonio conprobatur, scl. titulo apud Pittak. l'anc. Ath. pag. 122, ὁ δεῖνα] ἐπὶ τῆς ἀγορανομίας Ἡρώδου Ἀττικοῦ ἀνέθηκεν. Cumque in ephebicis titulis, integris quidem, duo agoranomi semper recenseantur, tot fortasse tum temporis etiam in republica fuerint, iam non decem, quot liberae reipublicae tempore. Idemque dicendum videtur esse de astynomis.

Quod vero vel ea munera, quae liberae reipublicae tempore pro humilibus ministeriis putabantur ideoque ad homines ignobili loco natos atque adeo ad peregrinos deferebantur, tum temporis ab amplissimis et nobilissimis civibus administrabantur non est mirum. Nimirum cum libertate amissa ne tantillum quidem veteris auctoritatis politicae et dignitatis Atheniensium reipublicae superesset, omnes magistratus munera ministeria in liturgiae fere vim abierant, utpote quae non possent praestari nisi ab ditissimis civibus.

Denique in uno ex eis quos supra attuli titulis Φιλ. IV, 559, 1 inter cetera magistratuum vocabula occurrunt etiam duo εἰσαγωγεῖς. Qualem magistratum ullo tempore in Atheniensium republica fuisse neque ex scriptoribus neque ex inscriptionibus adhuc innotuit. At in tit. C. I. 203, 204, 205, 206 B, quos ad Tenum insulam spectare nunc constat,[1] inter alios magistratus conparent duo εἰσαγωγεῖς. Quamquam inde ephebos Athenienses in imitandis publicis reipublicae institutis hoc magistratus nomen repetiisse veri parum est simile. Immo colligendum est etiam in Atheniensium republica imperatorum quidem aetate illum magistratum fuisse institutum. Vim autem ac naturam eius muneris in dubio malo relinquere quam vanas promere suspitiones. —

---

[1] Quod Dittenbergerum fugit. (Cf. l. l. pag. 43).

Redimus ad ipsam inscriptionem.

Vs. 7. *Φιλιστείδης*) *Πειραιεύς.* Huius pater videtur esse qui in *Φιλ.* III, 444, 1 (cf. *Φιλ.* I, 384, 3) a. 165. (cf. pag. 18.) est eponymus archon *Φιλιστείδης Πειραιεύς.* Itaque cum nostra inscriptio circ. a. 193 ponenda sit, de quo infra dicemus, circiter triginta anni interiecti sunt. Ipse autem *Φιλιστείδης Φιλιστείδου Πειραιεύς* archon eponymus est in *Φιλ.* III, 549, 1, qui titulus proinde circ. a. 210—220 est collocandus.

Vs. 9. *Πόπλιος Αἴλιος Κορνήλιος Π*[*αλληνεύς*]; demoticum efficitur ex vs. 48, ubi eiusdem ephebi nomen redit et fert conpendium *Παλ̄* i. e. *Παλληνεύς.* —

Vs. 12—18. *βασιλεὺς Πόπλιος Αἴλιος Φείδιμος Παλληνεὺς ἐπετέλεσεν τὸν ἀγῶνα τῶν Ληναίων καὶ ἑστίασε τοὺς συνεφήβους καὶ τοὺς περὶ τὸ Διογένειον πάντας.* — Vs. 15. *ἑστίασε* culpa quadratarii scriptum, contra vs. 46 recte *εἱστίασε.* — Phidimus ille confecit sollennia Lenaea et omnibus ceteris ephebis eorumque magistris ministrisque epulas paravit, utrumque suis scilicet sumptibus. Similis nota est vs. 46—48: *εἱστ*[*ία*]*σε τοὺς συνεφήβο*[*υς*] *καὶ τοὺς περὶ τὸ Διογένειον.* — Lenaea sunt sollennia illa ad Bacchi cultum spectantia, itemque quae vs. 24 memorantur sollennia *Κύθροι* (pro quo expectatur *Χύτροι*). Quae duo festa sunt publica, neque epheborum propria neque ab his privatim acta, qualia sunt quae deinceps secuntur. Atque eam ob causam Phidimus, Dionysodorus, Menodorus infra inter agonothetas non recensentur ut proprii agonothetae festorum Lenaeorum et Chytrorum. — Vs. 17. *οἱ περὶ τὸ Διογένειον* sunt, ut iam supra diximus, magistratus magistri ministri qui in gymnasio Diogeneio muneribus funguntur. Diogeneion est nomen gymnasii et eius quidem quod epheborum proprium fuit imperatorum aetate. Numquam in imperatorum aetatis titulis mentio fit alterius gymnasii Ptolemaei, sed semper Diogenei. Atque adsentior Dittenbergero qui l. l. pag. 52 conditum esse vult Diogeneion ab illo Diogene, qui in titulis *Φιλ.* I post pag. 56, l. 2. 3 dicitur *εὐεργέτης* et cui Diogeneorum festum celebrabatur (cf. *Φιλ.* ibidem). Neque alius videtur esse qui in *Φιλ.* IV pag. 545 not. in sede marmorea Dionysiaco in theatro reperta praedicatur *Διογένης εὐεργέτης.* Schoemannus (Gr. Antiq. I. pag. 508) a Diogene statuario et architecto illo, qui Augusti tempore vixit, Diogeneion

conditum esse censet; quam sententiam Dittenbergerus l. l. pag. 52 inprobavit »quum iam in plebiscitis alterius a. Chr. saeculi (cf. tit. Philist. quos supra attuli) commemoretur« (sc. Diogeneion). Quamquam illos titulos quibus Dittenbergerus nititur revera intra alterum a. Chr. saeculum conpositos esse adhuc nemo pro certo demonstravit; nam ipsius Dittenbergeri argumenta (l. l. pag. 4. 5.) non plane persuadent. Nihil inpedimur quominus in alterum primi a. Chr. saeculi dimidium eos detrudamus, dummodo ne in ipsorum imperatorum aetate ponamus. Et sane Keilius in Mus. Rhen. XVIII pag. 67 unam ex illis inscriptionibus, *Φιλ.* I post pag. 56, 1, posuit intra annos 47—40 a. Chr.; cur ita velit ibi non indicavit quidem, quamquam Keilius cum profert sententiam numquam iusta causa caret. Huius ergo si sententia vera sit, — equidem non habeo quid repugnem, — ab vero non abhorreat sententia Diogenem illum esse eum statuarium et architectum quem Schoemannus intellegat. Cur enim eius aetas non usque ad Augusti tempus produci possit? —

Vs. 25. *ἀγωνοθέται.* Et hi semper ex epheborum numero sunt neque quidquam commune habent cum publicis agonothetis, qui et ipsi passim in titulis imperatorum aetatis inveniuntur. Itaque quae Dittenbergerus l. l. pag. 46—48 de agonothetis disseruit huc non pertinent, ubi epheborum res aguntur. Errat cum censet posteriore demum tempore etiam hoc munus ephebis mandari solere. Nam quicunque in epheborum catalogis, imperatorum aetate scriptis, recensentur agonothetae cuncti sunt ex ipsis ephebis, nisi expressis verbis cosmeta, anticosmeta, sophronistae aut alius denique gymnasii magistratus adfertur, quod passim fit. Confirmemus sententiam nostram: Qui agonothetae recensentur iidem redeunt inter ephebos per tribus dispositos ideoque ephebi sunt in hisce titulis: *Φιλ.* I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 522, 7. — I, 384, 4. — II, 428. — IV, 168, 2. — IV, 168, 3. — IV, 559, 1; — redeunt inter eos qui palmam tulerunt ephebos in tit. *Φιλ.* IV, 344, 2. — *Ἐφημ. ἀρχ.* 2600. C. I. 245; — redeunt porro inter gymnasiarchos aut non nulli aut omnes eamque ipsam ob causam sunt ephebi putandi in titulis: *Φιλ.* III, 350, 1. — III, 444, 1. — IV, 265, 1. — I, 382. — IV, 270, 2. — IV, 272, 3. — IV, 344, 3. — IV, 559, 3. — *Ἐφημ. ἀρχ.* 2831. — *Φιλ.* III, 553, 2 (quo in titulo praeterea post recensitos agonothetas scribitur

οἱ ὑπόλοιποι — ἔφηβοι: secuntur ephebi per tribus dispositi.) — Denique de tit. C. I. 248, qui unus restat, demonstrari ideo non potest quia ibi neque epheborum catalogus exhibetur neque satis argumenti praebetur; quamquam vel illum (in C. I. 248) agonothetam ex epheborum numero esse ex eis quae attulimus statim oportet colligi. Itaque cum ne unus quidem extet titulus qui aliud suadeat, non dubito pro certo dicere quicunque in ephebicis titulis imperatorum aetate agonothetae deprehendantur eos semper ephebos esse habendos. Proinde si in quo titulo agonothetae inveniuntur, adcurate usque distinguendum et quaerendum erit utrum sint publici an ephebici. Libuit ephebis etiam hac in re publica instituta imitari. Quamquam similem vim habebat sine dubio ephebica agonothesia ac publica. Gravissimam enim eius partem in sumptibus quibusdam faciendis ad ludos gymnicos celebrandos positam fuisse intellegitur ex conpluribus, veluti in *Φιλ.* I p. 522, 7 vs. 40 legitur: *Γερμανίκεια οἱ ἔφηβοι*, quod significat ab omnibus ephebis sumptus ad Germanicea celebranda esse paratos; praeterea nostra in inscriptione scribitur *Ἀθήναια ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν*; similis nota est in *Φιλ.* III, 553, 2, *ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν — ἀγῶνες Θήσια καὶ Ἀθάνεα* (sc. *ἐπετελέσθησαν*); quales notae eis sollennibus adscribi solent quibus agonotheta deest. His omnibus perspicuum fit in sumptibus summam vel omnem agonothesiae ephebicae partem constitisse. Praeterea huc revoco C. I. 248, ubi de agonotheta quodam praedicatur, »*ἀέθλοισιν ἐπασκήσας καὶ ἐφήβους.*[1]« Unde colligo vel id agonothetarum fuisse ephebicorum ut victoribus ephebis praemia quaedam proponerent. Denique certa quaedam sollennia praeter cetera magnos sumptus desideraverint, qualia sunt fere *Γερμανίκεια Ἀθήναια Θήσεια*, quippe quorum illa priora bis ab omnibus ephebis conficiantur (*Φιλ.* I, 522, 7. IV, 344, 2), nostra in inscriptione agonotheta plane careant; Athenaeorum autem sumptus in *Φιλ.* III, 553, 3 et nostra in inscriptione *ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν*, in *Φιλ.* IV, 344, 3 ab ipso cosmeta fiant; Theseio-

---

[1] Boeckhius ad h. t. verba sic explicat, „olim etiam paedotribes fuerit (ille agonotheta): tum ephebos exercuerat.“ Sed cum agonotheta ille ephebus sit oporteat, de eo qui antea paedotriba fuerit prorsus non potest cogitari. Itaque verbum *ἐπασκεῖν* ibi non e x e r c e n d i notione, ut Boeckhius vult, sed e x o r n a n d i vi intellegendum esse mihi videtur.

rum vero inpensae in *Φιλ.* III, 553, 2 *ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν*, in *Φιλ.* I, 518, 6 ab ipso cosmeta suppeditentur. Denique utrumque festum haut ita saepe in ephebicis titulis occurrit.

Ceterum omnia illa festa, quorum agonothetae in ephebicis catalogis recensentur, sunt pro eis habenda quae privatim ab ipsis tantum ephebis, non ab omnibus Atheniensibus celebrata sunt. Praeterquam enim quod omnia illa festa, quae in imperatorum honorem ab ephebis celebrabantur, tantum in ephebicis catalogis, nullis in aliis titulis inveniuntur, illud vel inde patet quod publica eaque summa Atheniensium festa, velut Eleusinia et Dionysia magna, quibus accedunt alia publica veluti Oschophoria, Munichia, Galaxia, festa Dianae Agroterae, alia denique, quae cuncta revera ephebos agere solitos esse sciamus (Cf. Dittenberg. l. l. pag. 59—70), ne in uno quidem epheborum catalogo recensentur. Etiam quae in C. I. 271 leguntur verba »*ἀπὸ τῆς ἐν Ἐλευσῖνι νίκης*« revocari possunt ad *Ἀντινόεια ἐν Ἐλευσῖνι.* — Unde satis intellegitur omnia illa festa, quorum agonothetae in huiusmodi epheborum catalogis conpareant, aut epheborum propria fuisse (eaque omnia quae in imperatorum honorem instituta sunt) aut quamvis publica, privatim tamen, fortasse in ipso gymnasio, ab ephebis esse acta (eaque omnia praeter imperatoria festa). — Qua ex re simul patet cur nostra in inscriptione Lenaeorum et Chytrorum, quae ab ephebis acta esse dicantur, non proprii agonothetae recenseantur: illa nimirum festa neque epheborum propria erant neque ab eis privatim acta sunt habenda.

Vs. 26. Antinoëa semper conparent duplicia, *Ἀντινόεια ἐν ἄστει*, altera *Ἀ. ἐν Ἐλευσεῖνι*, quorum illa non numquam etiam simpliciter dicuntur *Ἀντινόεια*, veluti in *Φιλ.* I, 384, 3. III, 277, 1. I, 384, 4. — C. I. 248.(?) — Etiam Argis et Mantineae celebrata esse Antinoëa, sed ea publica, docet titulus C. I. 1124. Instituta sunt in honorem Antinoi, dilecti ab Hadriano iuvenis, cuius etiam sacerdotium fuit in epheborum gymnasio, quod ex vocabulo *ἱερεὺς Ἀντινόου*, qui passim inter ephebos occurrit, colligimus, nisi vel illud inane vocabulum fuerit. —

Vs. 28. *Ἀδριάνεια* in Hadriani honorem instituta. Semel, in *Φιλ.* I, 384, 3 vs. 35, legitur *Ἀδριάνεια τὰ ἐν ἄστει*, sed hoc sine dubio ad quadratarii neglegentiam referendum est. (cf. Cap. IX in fine.)

V. 32. *Θήσεια.* cf. Dittenberg. l. l. 67.

V. 34. *Φιλαδελφείων.* Haec a Septimio Severo in honorem filiorum Caracallae et Getae instituta esse Boeckhius censuit (ad tit. C. I. 245). Quam sententiam Cumanudes (ad Philistoris tit.) ceterique omnes secuti sunt nec non Dittenbergerus (l. l. pag. 74), quod non fecissent, si adcuratius titulos investigassent. Nunc enim aliter statuendum est, cum Boeckhii sententia amplius non possit retineri. Etenim haec sacra iam memorantur in tit. *Φιλ.* I, 522, 7, *a. 171 p. Chr.* scripto (cf. pag. 18.); item inveniuntur in tit. *Φιλ.* IV, 168, 2, quem *circ. a. 175* compositum esse supra (pag. 27) veri satis simile reddidimus. Itaque iam ante Commodum imperatorem instituta sunt eamque ob causam amplius non poterit cogitari de Geta et Caracalla *Φιλαδέλφοις*. Quamquam de duobus una imperantibus eisdemque fratribus etiamnunc intellegi oportet. Iam quaerentibus nobis de eis imperatoribus nescio an nulli alii se praebeant nisi Antoninus Philosophus et quem hic a. 161 Caesarem adsumpsit Lucius Verus. Et vero hi uni praeter ceteros in titulis audiunt *Φιλάδελφοι.* Quae res cum adhuc doctos viros fugerit, non longus videbor cum quibus in titulis illi hoc cognomen gerunt eos hic adscribo.

1. Apud Ross. de dem. no. 66. — Pittak. l'anc. Athènes pag. 494

Ἐπὶ νείκῃ καὶ
ὑγεία τῶν
θείων καὶ φι-
λαδέλφων αὐ-
τοκρατόρων Μάρ-
κου Αὐρηλίου
Ἀντωνείνου
καὶ Λουκίου Αὐ-
ρηλίου Οὐήρου κτλ.

2. Apud Rossium inscript. ined. II pag. 90 no. 224.

Αὐ]τοκράτορα Καί-
σαρα Μάρκον Αὐ-
ρήλιον Ἀντωνεῖ-
[νον ὁ ἀρχιε]ρεὺς

[Σεβαστῶν] Φιλα-
δέλφ[ων] Κ[λαύδ.?] Α[ὐ-
ρ[η]λιανὸς ἐκ τῶν
ἰδίων. —

Non ipse quidem Marcus Aurelius hoc in titulo audit Φιλάδελφος, sed cum ἀρχιερεύς, qui usque quae ad ipsum imperantem Caesarem spectant sacrificia officiaque sacra soleat conficere, hîc vocetur ἀρχιερεὺς Σεβαστῶν Φιλαδέλφων, huc hunc titulum revocandum esse adparet.

3. Apud Pittak. l'anc. Athènes pag. 132.

Αὐτοκράτορι Αὐρηλίῳ καὶ
αὐτοκράτορι Λουκίῳ Βήρῳ
Φιλαδέλφοιν[1]
ἡ πόλις. —

4. In C. I. gr. I no. 352.

Αὐτοκράτορι
Αὐρηλίῳ Ἀντωνε-
ίνῳ καὶ αὐτοκράτο-
ρι Λουκίῳ Βήρῳ Φι-
[λαδέλφοις].

Boeckhius quidem, cum tunc similis titulus nondum repertus esset, dubitavit de Φιλαδέλφοις et censuit posse etiam »Φιλαδελφέων ἡ πόλις« vel tale quiddam fuisse; quae dubitatio, praesertim cum titulus Athenis inventus sit, nescio an nunc quidem non restet.

5. Denique fortasse etiam C. I. 318 sic rescribendum est,

Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρήου πάγου
καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ ἡ [των
πενταχοσίων[Λουκ.] Β[ή]ρωι [Φιλ-
αδέλφῳ θεῷ δημιουργῷ
εὐεργέτ[η]ι τῆς πόλεως.

Extat vs. 3. Τιβερίῳ; cum vero Tiberiorum aetate non quingentorum, sed sexcentorum senatus Athenis fuerit, iure ab omnibus in suspitionem vocatus est titulus vel eam ipsam ob causam, exceptis ceteris. Boeckhius primum mutat πενταχοσίων in ἑξακο-

[1] Pittakisius praebet Φιλαδελφέοιν, sed prave eum legisse suspicor.

σίων, deinde multis perpensis eo inclinat ut Drusum Tiberii filium intellegat eiusque nomen inter vs. 3 et 4 excidisse putet. Potest sane ita fuisse, sed levior nostra emendatio esse videtur, cum *πενταχοσίων* intactum relinquamus et pro *Τιβερίῳ* scribi velimus *Λουκ. Βήρωι*, quod in lapide fortasse difficile lectu et ex parte deletum est.

Hisce ergo titulis in rationem vocatis iam non dubito statuere Philadelphea ad hos imperatores spectare ideoque non ante a. 161 p. Chr. esse instituta.

Consulto hucusque tacui de titulo *Φιλ.* IV, 458, 1, sub Macrino archonte *a. 116* composito, cuius in laterali parte haec leguntur;

τῷ Ἡρακλεῖ
καὶ εὐρύθμῳ
Γαύρῳ.
τῷ Ἡρακλεῖ
νεανισκαρχή-
σαντι τρίτης
τάξεως πά-
λης Δείῳ
Φιλα- *Ἐπινε-* *θή-*
δέλφει- *ίκια* *σεια*
α
καὶ ἄλλους πολ-
λοὺς, οὓς οὐ χω-
ρεῖ ὁ τόπος
Ŧ
T.

Quae verba ideo momenti sunt quia vs. 9 conmemorantur *Φιλαδέλφεια*, quae proinde iam a. 116 p. Chr. celebrata esse videntur, ut nostra sententia videatur infringi. Sed quaeritur quomodo res se habeat. Primum notandum est similes notas passim in ephebicis titulis occurrere, inscriptas lateribus. Sunt autem, ut iam Cumanudes (ad tit. *Φιλ.* III, 282, 2. III, 283, 3.) recte observavit talia non publice sed semper ab ipsis ephebis scripta: »*ταύτας* (sc. *ἐπιγραφὰς*), ait Cumanudes (ad III, 282, 2), *ὡς καὶ ἐξ ἄλλων Ἑρμῶν ἔγνων, ἔγραφάν τινες, ὡς φαίνεται, οὐχὶ ἐπισήμως, ἀλλ' ἰδιωτικῶς καὶ αὐθαιρέτως, ἐπὶ τῶν Ἑρμῶν ἐκ θαυμασμοῦ πρός τινας μάλα ἀνδρείους τῶν ἐφήβων κινούμενοι, ἴσως δὲ καὶ κλέβδην τοῦτο ἐποίουν.*«

Admodum neglegenter plerumque ac ne rectis quidem lineis et manifesto ab eis talia scribebantur qui quadratarii artis erant inperiti. Ad *Φιλ.* III, 283, 3 vs. 9—12 (ubi similis nota legitur) adnotat Cumanudes, »*τὰ τῶν στίχων* 9 *καὶ ἑξῆς* »*τῷ Ἡρακλεῖ*« *κτλ. ἔχουσι διάφορον τῶν ἄλλων τοῦ λίθου γραμμάτων σχῆμα καὶ πολὺ ἀμελέστερον εἶναι χαραγμένα, ὅπερ οὕτως ἔχει καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τῶν τοῦ εἴδους τούτου προςθέτων ἐπιγραφῶν.*« Interdum etiam coronae nominibus sunt circumscriptae, sed et hae ipsae plerumque »*πάνυ ἀτεχνῶς γεγλυμμέναι*«, ut ait Cumanudes (ad tit. *Φιλ.* IV, 458, 1.). Quam rude talia scribi soleant, si fas est uti verbo scribendi, qui vult adcurate intellegere ipse suis oculis inspiciat tabulam lithographicam *λ'* 1 et *λα'* 1 in *Ἐφημ. ἀρχ. περ.* B. no. 200. 202: primo obtutu cognoscet ea quae ibi extra contextum adscripta sunt fieri non posse ut ab quadratario, quamvis inperito, sculpta sint. Sunt sane, ut vult Cumanudes, epheborum, qui his notis, potissimum vocabulo »*Ἡρακλεῖ*«, quendam ex ipsorum numero honorare voluerint. Saepe inter ipsum scribendum nescio a quo videntur esse inhibiti: saepe enim nihil invenitur nisi ΤΩ vel Τ — scribere volebant *τῷ Ἡρακλεῖ* — aut similia non integra. Quid? quod in titulo *Φιλ.* IV, 458, 1 verba, quae post Philadelphea, Epinicea, Thesea conmemorata secuntur, *καὶ ἄλλους πολλοὺς* (sc. *ἀγῶνας*) *οὓς οὐ χωρεῖ ὁ τόπος*, inania et ridicula videntur, quia teste Cumanude etiamnunc in lapide quamvis mutilo post illa verba satis amplum spatium infra vacat atque tum cum lapis non iam fuit mutilus multo ampliorem locum vacasse oportet. Quorsum haec omnia? Ut adpareat plane non posse fieri ut eae notae publice sint sculptae, propter quod haut ita magnam fidem eis esse habendam. At sollennia *Φιλαδέλφεια* in illa de qua agitur nota (*Φιλ.* IV, 458, 1) ne ab ephebis quidem animi causa poterant conmemorari, si tum (sc. a. 116) iam omnino non erant instituta. Sane quidem! An non ab eis ephebis qui posteriore tempore quo Philadelphea erant iam instituta, in eodem gymnasio versabantur, in quo sine dubio lapides ad ephebos spectantes ponebantur? Nemo negarit. Neque modo veri est simile, verum etiam revera ita rem intellegendam esse conprobari potest. Ii enim ephebi qui in talibus notis ab aliis ephebis amicis cognomine Heraclis — quod

significare vult praestantissimum athletam[1] — praedicantur reperiuntur numquam inter ephebos in eis ipsis titulis quibus eae notae sunt adscriptae, unde colligi oportet eas notas non eisdem annis ac titulos ipsos quibus adscriptae sunt esse confectas, sed posterioribus. Si quaeritur num forte in aliis titulis quidam ex hisce »Herculibus« deprehendantur inter ephebos, uno certe exemplo confirmare hoc posse mihi videor. Etenim in tit. *Ἐφημ. ἀρχ. περ.* B. no. 107 infra in dextro angulo haec nota extat, quae cum reliquo tituli contextu nihil negotii habet, *TH* × *Ἡρακλεῖ Κωπωνίῳ Φιλέρωτι*: Coponius Phileros in epheborum catalogo illius tituli quamvis integri non reperitur. Reperitur vero in alio catalogo, nempe inter ephebos sub tribu Erechtheide recensitos in tituli ephebici fragmento apud Rossium de dem. pag. 30 no. 8. Quamquam autem neque Rossiani neque Ephemeridis tituli aetas constat, tamen satis est intellegere notam illam in Ephemeridis titulo non eodem anno esse sculptam quo ipse reliquus titulus, sed posteriore demum. Idem ergo est statuendum de ea ex qua profecti sumus nota (in tit. *Φιλ.* IV, 458, 1); immo dixerim verba quae ibi leguntur, *τῷ Ἡρακλεῖ καὶ εὐρύθμῳ Γαύρῳ*, spectare ad eum ephebum qui in tit. *Φιλ.* IV, 168, 2, circ. a. 175 conposito, in dextro latere vs. 14 invenitur *Κλ. Γαῦρος*; quae sententia ne cui audacior videatur moneo nomen »*Γαῦρος*« exceptis duobus illis quos indicavi locis nusquam adhuc esse repertum. Proinde si sententia nostra veri haut dissimilis est, illa qua memorantur Philadelphea nota (*Φιλ.* IV, 458, 1) sexaginta fere annis post titulum ibi scriptum lapidis lateri insculpta est ab ephebis; quae res cum eis quae in universum de hisce notis supra diximus optime congruit.

Quid multa? illa nota, qua Philadelpheorum mentio fit in tit. *Φιλ.* IV, 458, 1, cum nihil commune habeat cum reliquo, a. 116 conposito, titulo, prorsus non infringi sententiam nostram, qua sollennia illa non ante a. 161 p. Chr. instituta esse velimus, satis nunc perspicitur.

---

[1] Hic mos ut ephebi cuidam ex ipsorum numero cognomen *Ἡρακλῆς* inderent invaluisse et floruisse videtur inde ab Commodo, quippe cuius insanam ambitionem in eo positam fuisse sciamus ut primus inter athletas iudicaretur; quocirca ipse cognomen *Ἡρακλῆς* vel *Ἡράκλειος* adsumpsit, quo mirum in modum iactitabat (Cf. Dio Cass. 72, 15. Herodian. 1, 14, 8. Ath. 12, 537, f.)

Redimus ad nostram inscriptionem.

V. 36. *τοῦ περὶ ἀλκῆς* (sc. *ἀγῶνος*) *Πόπλιος Αἴλιος Κορνήλιος* et *Φλάβιος Μαρεῖνος Παιανιεύς*. — Saepe occurrit *ὁ περὶ ἀλκῆς ἀγών*. Hoc ludo omnium fortasse epheborum fiebant gymnicae exercitationes, quibus quid quisque posset demonstrare poterat.

Vs. 39. *Γερμανικείων*. agonothetae nomen vacat neque omnino quidquam vs. 40 scriptum fuit. Itaque colligere licet omnino nullum eo anno huius festi fuisse agonothetam, ideo fortasse quia illud festum nimios sumptus desiderabat (Cf. pag. 60.). Quadratarius, cui hi catalogi insculpendi tradebantur, adeo saepe omnia illa festorum nomina inscribebat lapidibus ut si quando minus adcurate propositum scriptum inspexerat, facile ex memoria eius festi nomen insculperet quod non scriptum erat in proposito.[1] Certam enim quandam horum festorum rationem atque ordinem fuisse, ex quo quis rem explicare velit, titulis non conprobatur. Plane alius aliis in catalogis semper est ordo. Quamquam vel sic res potest explicari: in proposito agonothetae nomen parum clare scriptum erat; omisit ergo quadratarius, eo scilicet consilio ut postea cognitum nomen relictae lacunae insculperet, sed oblitus est. Prorsus eodem modo videtur esse expediendum quod in tit. *Φιλ.* I post pag. 56, 1 legitur vs. 59, *τὸν ὁπλομάχην Ἡρόδοτον* . . . . *Εἰτεαῖον*, et vs. 60 *ἀφέτην Καλλίαν* . . . . *Αἰγιλιέα*. Expresse ibi adnotat Cumanudes neutro in versu quidquam inscriptum fuisse lacunae. Cum vero cetera quae ibi aut antecedunt aut subsecuntur nomina omnia secum habeant patrum nomina, pro quibus vs. 59 et vs. 60 lacuna est relicta, etiam ibi eo quem supra indicavimus modo res est explicanda.[2]

Quod ad ipsa sollennia Germanicea attinet Boeckhius quidem (in C. I. ad n. 246) in Caracallae honorem ea instituta esse vo-

---

[1] Similis neglegentia cernitur in tit. *Φιλ.* III, 553, 2 vs. 52 (Col. I), ubi quadratarius cum ephebos tribus Erechtheidis insculpsisset sculpsit deinceps temere „*Αἰγεΐδος*“, non antea inspecto proposito, in quo statim sequebatur „*Πανδιονίδος*“; nimirum ex tribu Aegeide nulli ephebi illo anno in gymnasio versabantur.

[2] Huc revocandum etiam quod in *Φιλ.* III, 357, vs. 30 vocabulum *κεστροφύλαξ* est insculptum, neque tamen nomen hominis adscriptum invenitur; quamquam versus integer est; cestrophylacem vero illo anno in gymnasio omnino non fuisse vix licet suspicari. —

luit. Quam sententiam iam Dittenbergerus l. l. pag. 72 refutavit titulo *Φιλ.* III pag. 350. Quod vero hic ipse ad Traianum ea revocat nescio an minus recte faciat. Ipse enim (pag. 74, not 23) in titulo C. I. 282 conpleri vult, *Φιλιστίων πυγμ[ῇ? νικήσας ἐν (?) τοῖς Γερ]μανικείοις ἀνέθ[ηκεν]*.[1] Atqui conpositus est ille titulus sub archonte Antipatro a. 45 p. Chr. (Cf. Cap. XVIII ad a. 45.) Claudio imperante; quare Germanicea non a Traiano demum possunt esse instituta. Meo iudicio ad ipsum Claudium spectant, utqui saepe praeter alios imperatores in titulis audiat *Γερμανικός*.

Vs. 40. *Ἀθήναια· ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν* (sc. *ἐπετελέσθη*): cum nullus epheborum sponte se huius festi agonothetam praebuisset, sumptus ex gymnasii pecuniis sunt facti. Cf. Col. I vs. 46. 47. Quamvis saepe haec sollennia in epheborum catalogis occurrant, nihil tamen certi de eis constat. Ante omnia quaerendum esse videtur utrum epheborum sint propria an publica, deinde antiquo an recentiore tempore sint instituta. Atque non propria ea fuisse epheborum docet tit. apud Pittak. l'anc. Athènes pag. 336, *ἐ]πὶ Κλαυδ[ίου . . . . . .] ἄρχοντος ἱεροποίησαν τὰ Ἀθήναια κτλ*; fortasse etiam *Ἐφ. ἀρχ.* 1023, vs. 4, *τῶν Ἀθη]αίων ἀγω[νισάμενος]*, et vs. 6. 7, *διετέλ[εσε τὸν αγῶνα τῶν] Ἀθηναίων*; is enim titulus non est ephebicus. Etiam apud Athenaeum (XIII, 12) et Pausaniam (8, 2, 1, Ist. b) conmemorantur *Ἀθήναια*, sed est antiquius nomen pro *Παναθήναια*. Boeckhius ad C. I. no. 245 dubitavit utrum Athenaea essent quae olim Panathenaea, an *Χαλκεῖα* quae Suida auctore dicta *Ἀθήναια* et olim fuerunt *δημοτελὴς ἑορτή*, deinde tantum fabrorum. Dittenbergerus vero l. l. pag. 71 eo inclinat ut de Panathenaeis intellegere velit. At ipsum non fugit in aliis eiusdem in qua versamur aetatis titulis *Παναθήναια* conmemorari (C. I. 380. 381. 1068. *Ἐφ. ἀρχ.* 2323; quibus adicio *Ἐφ. ἀρχ.* 3724). Quae res nescio an dissuadeat ne Dittenbergeri sententiam sequamur. Accedit quod vel cetera summa illa Atheniensium festa, veluti Eleusinia et Dionysia, numquam in epheborum catalogis exhibentur, cum tamen celebrata ea esse ab ephebis constet; itaque mirum esset si sola Panathenaea in eis recenserentur. Tum ex eis quae supra de agonothesia epheborum in universum diximus adparet omnia quae in eius

[1] Sic potius conplendum esse censeo, *πυγμ[ὴν νικήσας Γερ]μανικείοις ἀνέθ[ηκεν*. —

modi catalogis recenseri solent festa ex ipsorum voluntate vel dicam liberalitate apta fuisse: si qui ex epheborum numero sumptus ad festum quoddam necessarios praebebat, celebrabatur festum; si minus, non celebrabatur, nisi qui magistratus gymnasii aut huius aerarium tolerabat sumptus. Quocirca non eadem semper festa in eiusdem aetatis catalogis recensentur; praeterea multa modo, modo pauca. Etiam *Ἀθήναια* quibusdam catalogis exhibentur, quibusdam non; at non puto gravissimum illud et praeclarissimum Panathenaeorum festum utrum quodam anno celebraretur ab ephebis, licet sane privatim, necne ex ipsis ephebis eorumque pecuniis aptum fuisse. Quibus omnibus perpensis persuasum habeo de Panathenaeis non posse cogitari. Quamquam ipse non habeo quod de Athenaeis proferam.

Vs. 42 sqq. *Ἐπινεικίων Πόπλιος Αἴλιος Φείδιμος Παλληνεύς, τὸν ἀγῶνα ἐπιτελέσας ὁμο[ῖ]ον τ[ῷ] περὶ ἀλκῆς εἰστί[ασ]ε τοὺς συνεφήβο[υς] καὶ τοὺς περὶ τὸ Διογένειον.* — Vox *ὁμοῖον* significat »eadem liberalitate«. De Epiniciorum ludo nihil constat.

Nullus ex eis qui hac columna (II) exhibentur ephebis redit in catalogo epheborum (Col. III. IV); quod ideo hic moneo quia huius rei habenda erit ratio, si quo in ephebico titulo *γυμνασίαρχοι ἀγωνοθέται ἄρχων στρατηγός* cet. non redeant inter ephebos per tribus dispositos: unde demonstrare non licebit eos non esse ephebos.

Infra col. I. II duo versus extant: *Φιλιστεί[δης) Πειρ]αιεὺς καὶ Π. Αἴλ. Κορνήλιος Παλληνεὺς ναυμαχ[ήσαντ]ες Μουνίχια συνεστεφανώθησαν.* Clare hic scribitur *Μουνίχια*; itaque cur Dittenbergerus l. l. pag. 69 describat *Μουνύχια* ignoro. — De formis *Μουνύχια, Μουνίχια, Μουνιχιών, Μουνυχιών* cf. Ahrens. in Mus. Rhen. XVII (Zur griechischen Monatskunde) pag. 364. Rectius videtur *Μουνιχιών* et *Μουνίχια*, conprobantibus etiam titulis. —

Quod ad rem ipsam attinet certamen navium intellegendum est, quod fiebat festo Munichiorum, de quibus cf. Dittenberg. l. l. pag. 68; nihil habeo quod addam. Ex tit. *Φιλ.* I post pag. 56, 1, 16 cognoscimus illud certamen sacris navibus factum esse. *Ναυμαχήσαντες* ephebi occurrunt etiam in *Φιλ.* III, 350, 1, ubi *ναυμαχίαν νικήσαντες* sunt duo; item in *Φιλ.* III, 553, 2, ubi *ναυμάχοι* duo; contra in *Φιλ.* II, 428 (481) unus est *ναυμάχος*. — Post vs. 48. 49 infra Col. I. II cernitur anaglyphum; in eo navis descripta est,

in qua tres sunt ephebi; quorum duo remigant, tertius stat media in nave coronam et palmam manibus gestans. Spectat hoc sine dubio ad duos illos qui vs. 48. 49 conmemorantur »*ναυμαχήσαντες*«.

Denique quibuscunque, excepta nostra inscriptione, catalogis illa de quibus adhuc disseruimus festa exhibentur si eos hic subiungam non incommode facere mihi videor.

1. *Ἀντινόεια τὰ ἐν ἄστει* vel simpliciter *Ἀντινόεια* dicta.
Φιλ. I, 384, 3 — I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 522, 7. — I, 384, 4. — II, 428. — III, 553, 2. — III, 444, 1. — IV, 168, 3. — IV, 265, 1. — IV, 270, 2. — IV, 272, 3. — IV, 344, 2. — IV, 344, 4(?). — IV, 559, 1. — IV, 559, 3. — C. I. 248. — *Ἐφ. ἀρχ.* 1030 (=Pittak. l'anc. Ath. pag. 347).

2. *Ἀντινόεια τὰ ἐν Ἐλευσῖνι.*
Φιλ. I, 384, 3. — I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 522, 7. — I, 384, 4. — II, 428. — III, 553, 2. — III, 444, 1. — IV, 168, 2. — IV, 168, 3. — IV, 265, 1. — IV, 270, 2. — IV, 272, 3. — IV, 344, 2. — IV, 344, 3. — IV, 559, 1. — IV, 559, 3. — *Ἐφ. ἀρχ.* 2600 (C. I. 245). — *Ἐφ. ἀρχ.* 1030 (= Pitt. l'anc. Ath. pag. 347.).

3. *Ἀδριάνεια.*
C. I. 248. — *Φιλ.* IV, 559, 3. — IV, 344, 2. — I, 384, 3. — I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 522, 7. — I, 384, 4. — II, 428. — III, 553, 2. — III, 444, 1. — IV, 168, 2. — IV, 168, 3. — IV, 265, 1. — IV, 270, 2. — IV, 344, 2. — IV, 344, 3. — IV, 559, 1.

4. *Ὁ περὶ ἀλκῆς (ἀγών).*
Φιλ. I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 383, 4. — IV, 265, 1. IV, 270, 2. — IV, 277, 3. — IV, 344, 2. — IV, 559, 3. — *Ἐφ. ἀρχ.* 1030 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 347). — *Ἐφ. ἀρχ.* 2600 (C. I. 245).

5. *Ἀθήναια.*
Φιλ. I, 518, 6. — III, 277, 1. — II, 428. — III, 553, 2 (*Ἀθάνεα*). — IV, 168, 3. — IV, 344, 2. — *Ἐφ. ἀρχ.* 1030 (=Pittak. l'anc. Ath. pag. 347). — C. I. 245.

6. *Γερμανίκεια.*
Φιλ. I, 384, 3. — I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 522, 7. —

I, 384, 4. — II, 428. — III, 350, 1. — III, 553, 2. — III, 444, 1. — IV, 168, 2. — IV, 168, 3. — IV, 265, 1. — IV, 270, 2. — IV, 272, 3. — IV, 344, 2. — IV, 344, 3. — IV, 559, 1. — IV, 559, 3. — C. I. 282. — Ἐφ. ἀρχ. 1030 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 347). — Ἐφ. ἀρχ. 2600 (C. I. 245). —

7. Ἐπινείκια.

Ἐφ. ἀρχ. 1030 (= Pitt. l'anc. Ath. pag. 347). — Ἐφ. ἀρχ. 2600 (C. I. 245.). — Φιλ. I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 522, 7. — II, 428. — III, 553, 2. — IV, 168, 2. — IV, 272, 3. — IV, 344, 2. — IV, 458, 1. — IV, 559, 1.

8. Θήσεια.

Φιλ. I, 518, 6. — II, 428. — III, 553, 2. (Θήσια). — III, 277, 1. — IV, 344, 2. — IV, 458, 1. — Ἐφ. ἀρχ. 2600 (C. I. 245). — Ἐφ. ἀρχ. 1030 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 347.). —

9. Φιλαδέλφεια

Φιλ. I, 518, 6. — III, 277, 1. — I, 522, 7. — IV, 168, 2. IV, 344, 2. — IV, 458, 1. — Ἐφ. ἀρχ. 2600 (C. I. 245.). — Ἐφ. ἀρχ. περ. B. 107. — Ἐφ. ἀρχ. 1030 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 347).

His accedunt ea quae in nostra quidem inscriptione non sunt recensita, sed quae occurrunt aliis in titulis:

(10.) Ὁ πρὸς Ἄγρας δρόμος.

Φιλ. IV, 344, 2. —

(11.) Ἁλῶα τῶν ἐφήβων.

Φιλ. IV, 344, 2.

(12.) Ἀμφιέραα. (cf. Dittenberg. l. l. pag. 71).

Φιλ. I, 518, 6. — III, 553, 2. — I, 517, 3. — IV, 559, 1 (Ἀμφιαίρεια). — Ἐφ. ἀρχ. 1030 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 347). —

(13.) Ἀντώνεια (cf. Dittenberg. l. l. pag. 73, 4.)

Φιλ. I, 518, 6. — Ἐφ. ἀρχ. 1030 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 347). — Φιλ. III, 277, 1. — II, 428 (Ἀντώνεια ΕΠΙΜΑ[1]). — III, 553, 2. — IV, 168, 3. — IV, 270, 2. — C. I. 248 (Ἀντωνίνεια (?), cf. Dittenberg. pag. 73, 4.)

---

[1] In litteris ΕΠΙΜΑ sine ulla dubitatione contenderim nihil posse subesse nisi conpendium scripturae ἐπὶ M. Α[ὐρηλίῳ; significantur ea Antinoëa quae, in M. Aurelii Antonini honorem instituta, discernantur ab alteris, in Antonini Pii honorem celebratis. —

(14.) *Γορδιάνεια.*
Φιλ. IV, 168, 3. —

(15.) *Κομμόδεια.*
Φιλ. I, 518. — *'Εφ. ἀρχ.* 1030 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 347). — *Φιλ.* III, 277, 1. — III. 353, 2. — IV, 272, 3. — IV, 344, 2. — C. I. 248. 249. — *'Εφ. ἀρχ.* 2601. —


(16.) *Σεβήρεια.*
Φιλ. I. 518, 6. — III, 277, 1. — III, 553, 2. — IV, 559, 1. — C. I. 248. — *'Εφ. ἀρχ.* 2831 (*μεγάλα Σεβήρεια*). — *'Εφ. ἀρχ.* 1030 (=Pittak. l'anc. Ath. pag. 347.) —

Praeter haec sollennia nullum aliud festum usquam conmemoratur in catalogis quidem ephebicis; Eleusinia vero, Dionysia, Proërosia, Oschophoria, Peiraea, Galaxia, Epitaphia, Hephaestia (cf. *'Εφ. ἀρχ.* 983), Aeantea in Salamine, Diogeneia, denique alia, quae ab ephebis publice celebrata esse sciamus ex quibusdam plebiscitis (cf. Dittenberg. l. l. pag. 59—70), in nullo epheborum catalogo occurrunt. Unde nescio an optimo jure censeam quotquot catalogis ephebicis exhibeantur sollennia cuncta iudicanda esse aut epheborum propria aut privatim ab eis celebrata.

Col. III. IV.

Continetur epheborum catalogus per tribus dispositorum, cui subiuncti sunt *ἐπέγγραφοι* i. e. peregrini ephebi.

Atque tribuum inter se ordo in eiusmodi catalogis per totam imperatorum aetatem, quantum ex eis titulis constat, semper est constans, hic scilicet: 1. *'Ερεχθεΐς*, 2. *Αἰγεΐς*, 3. *Πανδιονίς*, 4. *Λεωντίς*, 5. *Πτολεμαΐς*, 6. *'Ακαμαντίς*, 7. *'Αδριανίς*, 8. *Οἰνεΐς*, 9. *Κεκροπίς*, 10. *'Ιπποθωντίς*, 11. *Αἰαντίς*, 12. *'Αντιοχίς*, 13. *'Ατταλίς*. Quod consulto hic moneo, quia hac de re dubitatum est atque adeo recentissimo demum tempore Rhusopulos in *'Εφημ. ἀρχ. περ.* B ad no. 107 non constantem tribuum ordinem adgnoscere sibi visus est. Sed erravit. Ille quo nititur epheborum catalogus (*'Εφ. ἀρχ. περ.* B. 107), rotundo scuto lapideo incisus (aeque ac C. I. 284), hoc fere est habitu (numeros ipse adposui ut dispositionem tribuum indicarem):



Cum quadratarius spatium parum adcurate distribuisset, accidit ut tribu Antiochide insculpta ultimae tribui Attalidi scribendae locus non relinqueretur, impediente scuti margine: quocirca sculpsit eam supter mediam columnam, ubi spatium restabat. Ita rem se habere unusquisque uno obtutu perspicit. Inmerito ergo Rhusopulos Attalidem nonum locum ibi obtinere censet. Idem praeterea alterum a vulgari abhorrentem tribuum ordinem profert ex *Φιλ.* I, 524; dicit enim hunc ordinem ibi inveniri: Erechtheis, Aegeis, Pandionis, Leontis, Oeneis, Cecropis, Hippothontis, Ptolemaeis, Acamantis, Adrianis, Aeantis, Antiochis, Attalis. Sed ne ibi quidem ordinem a vulgari alienum ego potui deprehendere: continetur ibi duabus columnis (vs. 42—88) catalogus Atheniensium epheborum per tribus dispositorum; columna I conplectitur septem priores tribus inde ab Erechtheide usque ad Adrianidem, vulgari ordine; tum

in col. II denuo supra (vs. 42) lapidarius sculpere coepit et quidem primum vs. 42—44 tres ephebos recensuit, quibus tribûs nomen non superscriptum quidem est, quos tamen ex tribu Hadrianide esse statim ex eorum demoticis perspicitur[1]: tum vulgari ordine ceterarum tribuum (inde ab Oeneide usque ad Attalidem) ephebi secuntur. Sollennis igitur ac vulgaris tribuum ordo illic habetur. Itaque quî Rhusopulos alienum ordinem ibi deprehendere potuerit ego non possum adsequi. Denique omnes Philistoris titulos inspexi, at ne unum quidem inveni, in quo ordo tribuum a vulgari abhorreat.[2]

Vs. 5. *'Ερεχθεΐδος*; in tribuum nominibus terminationem *—εΐδος* fere constantem esse imperatorum aetate iam pag. 14 docuimus; ibidem de varia tribuum nominum scriptura diximus.

Vs. 6. 7. *Ζώσι]μος* (?) *ὁ καὶ 'Ελευσίνιος*. Talia duplicia nomina eiusdem hominis imperatorum tempore non raro in titulis occurrunt, et habent, ut arbritor, eam vim ut aut ab eisdem alius hominis nominibus discernant aut fortasse alterum nomen ab adoptivo, ab naturali patre alterum acceptum significent. Hîc autem discriminis causa illud factum esse videtur. Nam quod sequitur nomen videtur fuisse *'Ελευσί]νιος ὁ καὶ παῖ[ς] 'Ελευσινίου* (?); prorsus singulare sit *ὁ καὶ παῖς 'Ελευσινίου* — expectatur *'Ελευσίνιος 'Ελευσινίου* — nisi hunc in gymnasio forte vocatum esse censeamus »*παῖς 'Ελευσινίου*«. An qui antecedit homo plene audiebat *Ζώσιμος ὁ καὶ 'Ελευσίνιος 'Ελευσινίου* et adoptivus erat filius Eleusinii? is autem, qui sequitur et ipse audiebat *'Ελευσίνιος 'Ελευσινίου* et fuit naturalis Eleusinii filius? —

Vs. 8. 9. *Εὔπορ]ος Εὐπόρου Κηφισιεύς* et *Ζώπυ]ρος* (?) *Εὐ-*

---

[1] Habent enim demotica *Τρικορύσιος*, *Σχαμβωνίδης*, *Θριάσιος*; quae illo quidem tempore ad Adrianidem tribum pertinere tituli illius temporis satis docent: veluti sub Adrianide tribu conparet *Τρικορύσιος* in *Φιλ.* I, 384, 4; IV, 344, 3 Col. II vs. 8; *Θριάσιος* ibid. III, 444, 1 Col. II vs. 45; *Σχαμβωνίδης* ibid. III, 444, 1 Col. II vs. 42; IV, 76, 2 Col. I vs. 62.

[2] Passim videtur sane primo quidem obtutu laesus esse ordo in titulis. Veluti in C. I. 284 Aegeidi succedit Leontis; in *Φιλ.* III, 277, 1 Leontidi Acamantis; in *Φιλ.* III, 356. IV, 168, 2 Acamantidi Oeneis, in *Φιλ.* III, 553, 2 Aeantidi Attalis. Qua re vero Cumanudes hic illic ad Philist. tit. offensus est. At sine iusta causa. Perturbatus ordo ibi oritur inde quod quaedam tribus desunt (C. I. 284 Pandionis deest; *Φιλ.* III, 277, 1 Ptolemaeis; III 356. IV, 168, 2 Hadrianis; III, 553, 2 Antiochis; III, 356 Attalis): ideo autem ibi non descriptae sunt hae tribus, quia llis annis ex hisce tribu bus nullus ephebus in gymnasio versabatur.

πόρου Κηφισιεύς; sed pro *Ζώπυ]ρος* potest etiam fuisse *'Ισίδω]ρος* vel simile nomen in — *ρος* exiens. — Duo fratres videntur esse. —

Vs. 10. *'Επίκ]τητος*, et vs. 11 *Ζώσι]μος* ex coniectura dedimus.

Vs. 12. Collato vs. 13 fuerit *Σόφο]ς*) i. e. *Σόφος Σόφου*; non quod etiam aliud nomen scriptum fuisse posse negemus. —

Vs. 14. *Αἴλιος 'Επιγόνου*. Aelii cognomen occurrit etiam in *Φιλ.* IV, 265, 1 vs. 16 (Col. II); *'Εφ. ἀρχ.* 2142; saepius.

Vs. 15. extat . . . . . . *ιγενης* quod fuisse potest *'Επιγένης*, *Εἰσιγένης*, *Σωσιγένης*, alia multa.

Vs. 17. *Ε . . . . ης Ζωπύρου*; fuerit *'Επιγένης*, *Εἰσιγένης*, *Εὐκλῆς*, similia.

Vs. 20. . . . . . . *ν 'Επικουριανός*; deest praenomen, quod quale fuerit ignoro. Nomina in — *ιανός* exeuntia perquam crebra occurrunt imperatorum aetate tertio potissimum p. Chr. saeculo, veluti *'Αρητιανός*, *Βαλιανός*, *Εὐτυχιανός*, *'Ερωτιανός*, *Εὐοδιανός*, *'Ελπιδιανός*, *Ζωσιμιανός*, *'Ιουλιανός*, *Λεσβιανός*, *Μεμμιανός*, *Μαριανός*, *Μινουκιανός*, *Μαρκιανός*, *Νεικοπολιανός*, *Νεμεσιανός*, *Προκλιανός*, *Πρισκιανός*, *Πωλλιανός*, *Πασιχαριανός*, *Σειλιανός*, *Σοφιανός*, *Τατιανός*, *Τρυφωνιανός*, *Φαυστεινιανός*, *Φοιβιανός*, *Φιλουμενιανός*, *Χειλιαρχιανός*, alia denique multa; quae deminutiva quo altius in imperatorum aetatem descendis eo magis increbescunt in titulis.

Vs. 22. *'Επ]αφρόδειτος 'Αφροδει[σίου] Στειριεύς*, filius fortasse eius qui vers. 14 Col. I sophronista conparet *'Αφροδείσιος 'Επαφροδείτου Στειριεύς*.

Vs. 23. fuerit *Αἴ]λ. Λούκιος*.

Vs. 28. Aut *Θ[εο]γένης* aut *Θ[εα]γένης* fuit. Nomini *Θεμιστογένης* lacuna parum est ampla.

Vs. 31. Fuerit *Σω[τ]ας*) *ἐξ Οἴου*. Potest etiam fuisse *Σω[σί]ας*; sed nomen *Σωτας* saepius in tribu Leontide redit (cf. Col. I vs. 13). Utrum autem hîc pronuntiandum sit *Σωτᾶς Σωτᾶ* an *Σώτας Σώτου* dubitari potest: utrumque invenitur in titulis. Sed vs. 31. 32 duo fratres recensiti videntur, et rescribendum fortasse:

vs. 31. *Σώ[τ]ας Σώτου ἐξ Οἴου*
vs. 32. *Ζώ[πυρος?] [Σώτ]ου ἐξ Οἴου.*

Vs. 33. fortasse *῞Ιλα[ρος Διον]υσίου*.

Vs. 34. *Πίσ[τος)]*, *Πίσ[ων)]*, *Πίσ[των)]*, alia possunt conpleri. —

Vs. 35. Ζώσ[ιμος Τ]ειμοκράτους sine dubio rescribendum.

Vs. 36. Ἀττ[ικός Φ]ιλήτου.

Vs. 37. Παλ[λάδι]ος; nescio quid aliud possit restitui.

Vs 39. 40. Ἡρα[κλέ]ων Ἡρακλέωνος et Ἀθή[ναι]ος Ἡρακλέωνος

Vs 50. Ἐ|πένγραφοι. Non recte Boeckhius sumpsit Ε ex Sponio. Recte Chandlerus praebet ΠΕΝΓΡΑΦΟΙ. Nam Ε restat in fragm. A.

Vocabulo ἐπένγραφοι significari peregrinos ephebos primus omnium Boeckhius statuit, et nunc quidem tot repertis titulis ephebicis adeo constat ut ea de re amplius dubitare nefas sit.[1] Vocabulum πρωτέγγραφοι, quo Chandlerus Athenienses ephebos ab adscriptitiis distinctos esse voluit, nunc quidem revera in titulis est inventum (Φιλ. IV, post pag. 280, 2. — IV, 164, 1). Mirum autem est quod ephebi Athenienses, cum eis superscriptum est: πρωτένγραφοι, numquam per tribus, ut alibi adsolet, sunt dispositi, sed inter se mixti.

Vs. 53. extat Πρ . σχολος; nescio quod aliud nomen possit restitui ac Πρ[ι]σχολος, pro Πρίσχολος, derivatum deminutiva forma ab Πρίσχος, quamvis neque nomen Πρίσχολος neque Πρίσχολος esse adhuc notum non ignorem. Sed nescio quid melius.

Vs. 54. Fortasse fuit Φιρ[μ]ιανός, deminutiva forma derivatum a Φίρμος. Apud Boeckhium extat . . . ΜΑΝΙΟΣ, sed puto eos qui lapidem descripserunt legisse ΙΛΙΑΝΟΣ, ita ut nihil infractum sit praeter dimidium litterae Μ. Φιρμάνιος vix nomen fuerit.

Vs. 62. Fortasse [Ἰ]δαῖος.

Vs. 66. [Αἴλ. Γ]έλως aut [Αὐρ. Γ]έλως, similia. —

In fine inscriptionis conparet *vs. 90* θυρωρὸς Κορνήλιος Δημήτριος; θυρωρός saepe in epheborum catalogis invenitur (Φιλ. I, 428; III, 351; IV, 73; IV, 168, 2; IV, 272; 547.) Is qui eo munere fungitur plerumque est peregrinus.

Vs. 91. Λεντιάριος Μέλισσος Διοφάντου. Λεντιάριος idem significat quod καψάριος. Et sane idem Melissus redit ut καψάριος in tit. Φιλ. I, 518, 6. Λεντιάριος est latinum vocabulum »lintearius«.

---

[1] Itaque non adsequor quî Grasbergerus in libro „Verhandlungen d. philolog. Gesellsch. in Wuerzburg 1862", pag. 24 possit dicere: „alle Epheben, sowohl die πρωτέγγραφοι als die ἐπέγγραφοι und ξένοι;" quasi ξένοι alii sint atque ἐπέγγραφοι.

Et recte Cumanudes putat huic custodiam vestimentorum ab ephebis depositorum mandatam fuisse, neque est quod Dittenbergerus (l. l. pag. 37) inpugnet. Item *καψάριος* est latinum vocabulum »capsarius«, quod apud Romanos scriptores passim occurrit. Apud Sueton. Ner. 36 is servus hoc vocabulo significatur, qui capsam gestans pueros in scholam ducebat. Sed Dig. 1, 15, 3. §. 5. Edict. Domit. p. 22 ita vocatur is qui vestimenta in balneis versantium custodiebat. Inde Cumanudis sententia conprobatur, neque cogitare licet de eo qui oleum in elaeothesio gymnasii conditum custodiverit et ephebis distribuerit, quod voluit Dittenbergerus l. l. pag. 37. — *Λεντιάριος* vel *καψάριος* occurrit etiam in *Φιλ.* I, 523; III, 356; IV, 344, 4; II, 428. —

Restat denique ut de anno inscriptionis videamus. Helvidii Secundi archontis annus aliunde non constat. Semitelos (ad tit. *Ἐφ. ἀρχ. περ.* B. 199) censet gravissimum temporis indicium inesse in mentione sollennium Germaniceorum, quippequae cum Boeckhio revocet ad Caracallam; quod fieri non posse supra demonstravimus. Ac ne Philadelpheorum quidem mentione Caracallae aetatem effici item supra docuimus. Alio proinde modo tempus est definiendum. Paedotribam enim Nicostratum, cum antea fuisset hypopaedotriba, a. $\frac{192}{193}$ p. Chr. in Epicteti paedotribae locum successisse probabile reddam in Cap. XV ad tit. *Φιλ.* IV, 272, 3; itaque post a. $\frac{192}{192}$ conposita est nostra inscriptio. Cum vero in illo quem modo memoravi Philistoris titulo etiam idem *γραμματεύς* idemque *διδάσκαλος*, qui in nostra inscriptione, conpareant, denique cum inter sollennia nostro in tit. recensita nondum *Σεβήρεια*, quae Severi aetate exspectentur, conmemorentur, non vereor ne nimis audax videar si nostram inscriptionem proximo anno post Philistoris illum titulum exaratam esse censeam, scl. a. $\frac{193}{194}$ p. Chr., primo Severi anno; cui ideo fortasse eo anno nondum Severea ab ephebis sunt celebrata quia illo anno Severus, cum C. Pescennius Niger et ipse imperator declaratus esset, nondum tutum obtinebat imperium.

III.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 3160.

In Ephemeride arch. no. 3160 extat fragmentum ephebici catalogi perquam mutilum et prave descriptum ab Pittacisio. Felici casu evenit ut recenti tempore eiusdem anni epheborum catalogus fere integer inveniretur, *Φιλ.* I, 518, 6, in quo proinde omnia in *Ἐφ.* 3160 recensita nomina redeunt: itaque operae pretium erit hoc fragmentum emendando et conplendo quantum fieri potest sanare. Emendatum fragmentum statim hic describemus, deinde quod in quoque versu Pittacisius praebet adnotabimus. Ita se habet restitutus titulus:

[ΛΕΟΝΤΙΔΟϹ]	
[ϹΑΤΥΡΟ]Ϲ[ΤΡΥΦωΝΟϹ	ΥΒΑΔ-]
[ΘΕΟΦΙΛ]ΟϹ[ΤΡΥΦωΝΟϹ]	ΥΒΑΔ-
[ΑΠΟΛΛωΝΙΟϹΘΕΟΦΙΛΟΥ]	Υ[Β]ΑΔ-
[ΕΥΜΕΝ]Η[Ϲ)]	ΧΟΛ[Λ]-
[ϹΤΑΤΙΟϹ ΑΒΑϹΚΑΝΤ]ΟϹ	ΧΟΛ[Λ-]
[ϹΤΑΤΙΟϹ ΚΟΡΙΝΘ]ΟϹ	ΧΟΛ[Λ-]
[ΕΙϹΙΔωΡΟϹ Α]ΦΘ[Ο]ΝΗΤΟ[Υ]	[ΛΕΥΚΟ-]
[ΔΙΟΝΥϹΟΔ]ωΡΟϹ ΕΡΜ[ΕΙΟΥ]	Λ[ΕΥΚΟ-]
[ΠΤ]ΟΛΕΜΑΙΔΟϹ	
[ΑΙΛ.ΖΗΝ]ωΝ	ΒΕΡΝΙ-
[ΟΥΑΡΙΟϹΕ]ΛΕΥϹΕΙΝΙΟϹ	ΦΛΥΕ-
[ϹωΤΗΡΙ]ΧΟ[Ϲ]Ϲ[ΤΡ]ΑΤΟΝΙΚ-	ΦΛΥΕ-
[ΖΟΙΛΟ]ϹΑΡ[Κ]ΕϹ[Ι]ΛΛΟ[Υ]	ΦΛΥΕ-
[ΘΕΟΦΙ]ΛΟϹΘΗΡΑΜΕ[Ν-]	[ϹΗΜΑ]

[Α]ΚΑΜΑΝΤΙΔΟϹ	
[Μ.ΙΟΥΛ]ΑϹΚΛΗΠΙΑΔΗ[Ϲ]ΟΚΑΙ	
[ΕΥΡ]ΥΤΙΔΑϹ	ΘΟΡΙ-
.....ϹΤΡΑΤωΝ	ΕΡΜ-
.....[Ε]ΥΔΗΜΟϹ	ΕΡΜ-
[ΘΑΛΗϹ]ΑϹΚΛΗΠΙΑ-	ΕΚΚ-
[ΧΡΗϹΤ]ΟϹΜΟϹΧΙΑ-	ΚΕΦ-
[ΑΡΙϹΤΙ]ΠΠΟϹ)	Κ[ΥΡΤΕΙΔ-]
[ΑΓΑΘ]ωΝ)	ΚΥΡ-
[ΦΛΑΒ.Α]ΜΦΙΚΛΗϹ	ϹΦ[ΗΤ-]
[ΚΑΡ]ΠΟΔωΡΟϹϹω[Ϲ]Τ[ΡΑ-]	Η[ΦΑΙ-]
[Ζ]ΗΝΟΔΟΤΟϹ ΞΥϹΤ[ΟΥ]	Η[ΦΑΙ-]
ΑΔΡΙΑΝΙΔΟϹ	
[Α]ΙΛ.ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟϹ	ΑΝ-
ΑΙΛ.ΔΙΟΝΥϹΙΟϹ	ΑΝ-
ΚΑΛΛΙΓΑΜΟϹ ΔΙΟΝΥ-	ΕΛΕ-
ΟΙΝΙΔΟϹ	
ΑΦΡΟΔΕΙϹΙ[ΟϹ)]	ΑΧ[ΑΡ-
ΕΥΠΟΡΟϹ ΑΦΡΟΔΙ-	Α[ΧΑ-
ΠΡΟϹ[ΔΟ]ΚΙ[Μ]ΟϹ)	[ΑΧΑΡ-
ΚΛ.Α[Υ]Ρ.ΜΑΡΙΑΝΟϹ	[ΑΧΑΡ-
ΚΕΚΡΟΠΙΔΟϹ	
[ΧΑΡΜΙΔΗϹ]Α[ΜΦΙΑΡ-]	[ΜΕΛ-]
[ΠΥΘΟΔ]ωΡ[ΟϹ)]	[ΕΠΙ-]

Vs. 5. 6. 7. Pittak. ΧΟΛΑ; prave lectum.
Vs. 8. Pitt. / . Ρ Ι pro ΛΕΥΚΟ¯
Vs. 9. P. Λ Ρ / pro ΛΕΥΚΟ¯
Vs. 15. P. ΕΡΜ; at in minusculis ipse scribit Σημ[αχίδης]; et vero Cumanudes in Philistoris titulo adposito vocabulo »sic!« expressim firmat se legisse (in eodem nomine) ϹΗΜΑ¯, quod dedi.
Vs. 23. P. ΚΕΦ; in Philistoris titulo ΚΥΡΤΕΙΔΗϹ, recte.
Vs. 31. P. ΕΛΕ¯; in Phil. tit. deest demoticum. —

Vs. 32. P. *Οἰνίδος*; in Phil. tit. *Οἰνείδος*; cum etiam alibi inveniatur *Οἰνίδος* (cf. pag. 10.), non mutavi. —

Vs. 35. Pitt. *Προσαρχινος*), rectius in Philist. tit. *Προςδόκιμος*. — *Vs.* 38. Pitt. . . . . . ΛΕΞΑΝΔ . . . .; in Phil. *Χαρμίδης Ἀμφιαο*¯, quod restituere non dubitavi. —

Quae uncis inclusimus ex tit. *Φιλ.* I, 518, 6 restituimus. Ut autem demonstremus utrumque titulum eiusdem et argumenti et anni esse nihil nobis opus esse videtur. Ipsum fragmentum, quale emendavimus, maxime suadet. Ac ne quis censeat esse *Ἐφ.* no. 3160 particulam unius eiusdemque lapidis cuius Philistoris titulus, ita scilicet ut Cumanudem in conponendis frustulis Philistoris tituli illud fragmentum adhibuisse idque in notis notare omisisse putet — sunt quae aliter rem se habere doceant. Primum enim praeterquam quod conpendia nominum propriorum et demoticorum non inter se congruunt — veluti hic habes vs. 5. *Χολλ*¯, illic *Χολλείδης*; hic vs. 4. *Ὑβαδ*¯, ibi *Ὑβ*¯; hic vs. 21 *Ἀσκληπιά*¯, ibi *Ἀσκληπιάδου*; hic vs. 22 *Μοσχια*¯, ibi *Μοσχιανοῦ*; denique alia — videas in nostro fragm. vs. 17. 18,

Μ. Ἰούλ.] *Ἀσκληπιάδη*(*ς*) *ὁ καὶ*
Εὐρ]*υτίδας* *Θορικ*¯

Contra illic (v. 75) per unum tantum versum idem homo recensetur sic

Μ. Ἰούλ. Ἀσκληπιάδης Εὐρ¯ *Θορ*¯

Denique hic (vs. 27) post ultimum sub Acamantide tribu recensitum nomen statim sequitur in lapide tribus Hadrianis cum suis nominibus. Contra illic respondente loco (vs. 84) sequitur non Hadrianis, sed recensentur hypopaedotriba, subscriba, denique epheborum magistri ministrique; ephebi autem qui ex tribu Hadrianide sunt incipiunt II^{am} columnam (vs. 43). Ex quibus satis perspicitur titulorum, quamvis idem et argumentum et annus sit, lapides esse diversos. Eiusdem denique inscriptionis, cuius *Ἐφ.* 3160, particula est fortasse etiam aliud fragmentum, de quo in sequentibus dicemus.

IV.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N° 1030.

Pittakisius in Ephemeride archaeologica no. 1030 edidit tituli fragmentum, quod olim iam in libro »l'ancienne Athènes« pag. 347 promulgasse se videtur ignorare, id quod huic viro aequo saepius accidit. Itaque fragmenti apographa alterum ab altero in singulis litteris non paullum discrepant.

Contigit nobis ut et hoc fragmentum ad eundem annum spectare adgnosceremus, ad quem titulus *Φιλ.* I pag. 518, 6, de quo in Cap. III diximus. Sequentibus primum huc describam utrumque Pittakisianum apographum, deinde quomodo restituendum et intellegendum sit fragmentum indicabo.

Ἐφημ. ἀρχ. no. 1030.	L'anc. Athènes p. 347.
	Α
ΠΝΟΕΩΝΕΛ	ΠΝΟΠΩΕΝ
ΥΙΜΟΕΩΝ	ΤΙΝΘΕΟΝΟ
ΙΑΡΙΕΩΝ	ΝΑΝΒΙΩΝ
ΑΔΙΛΦΙΚΩΝ	ΑΔΡΑΦΝΙΩΝ
ΗΙΕΡΟΝΑ	ΒΗΡΩΩΝΑ
Γ..ΜΕΙΩΝΜΟ	ΝΕΙΩΝΜΟ
ΙΜΝ◡ΔΕΙΩΝΑΝ	ΜΜΟΔΕΙΩΝΑΝΤ
ΘΗΡΙΔΙΩΝΤΥΛΛ	ΗΜΛΙΩΝΤΥΜ
ΠΙΝΙΚΙΩΝΑΙΛΙ	ΠΙΝΙΚΙΩΝΑΙΛΙ
ΗΕΕΙΩΝΟΡΟ	ΗΣΕΙΩΝΘΥΟ
ΜΦΙΛΡΑΩΝΚ	ΜΦΙΑΡΑΩΝΚ
ΙΡΜΑΝΙΚΕΙΩΝ	ΕΡΜΑΝΙΚΕΙΩΝ
ΟΥΠΕΡΙΛΛΚΗΣ	ΟΥΠΕΡΙΑΛΚΗΣ
ΑΝΤΙΚΟϹΜΗ	ΑΝΤΙΚΟΣΜΗ

Facile ex titulo, quem supra memoravimus (*Φιλ.* I. 518, 6), a Cumanude minusculis edito, hoc fragmentum poterit expleri. Est enim ille titulus catalogus epheborum, archonte Himerto scriptus; et quidem illic inde ab versu 17 usque ad vs. 31 agonothetae (ephebici scilicet) recensentur, adscriptis festorum nominibus. Atque huius ipsius particulae (vs. 17—31) aliud exemplar est nostrum fragmentum.

Iam emendatum et restitutum, ex Philist. titulo, fragmentum huc describemus idque ita ut pro eis litteris quas Pittakisius prave legerit scribamus rectas, supplementa uncis includamus:

Α[ΓΩΝΟΘΕΤΑΙ
ΑΝ]ΤΙΝΟΕΙΩΝΕΝ[ΑΣΤΕΙΣΑΤΥΡΟΣΤΡΥΦΩΝΟΣΥΒΑΔΗΣ
ΑΝ]ΤΙΝΟΕΙΩΝЄ[ΝΕΛΕΥΣΕΙΝΙΘΕΟΦΙΛΟΣΤΡΥΦΩΝΟΣΥΒΑΔΗΣ
ΑΔ]ΡΙΑΝΕΙΩΝ[ΑΥΡ. ΕΠΙΓΕΝΗΣΚΑΙΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΜΑΡΑΘΩΝΙΟΙ
ΦΙΛ]ΑΔΕΛΦΕΙΩΝ[ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΘΕΟΦΙΛΟΥΥΒΑΔΗΣ
ΣΕ]ΒΗΡЄΙΩΝΑ[ΙΛ.ΑΡΤΕΜΩΝΣΗΜΑΧΙΔΗΣ
ΑΝΤΩ]ΝΕΙΩΝΜ.ΙΟ[ΥΛ.ΠΙΟΣΠΑΠΕΙΡΙΑΝΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΘΟΡΙΚΙΟΣ
ΚΟ]ΜΜΟΔΕΙΩΝΑΝ[ΝΙΟΣΣΦΑΛΛΩΝΠΑΛΛΗΝΕΥΣ
ΑΘ]ΗΝΑΙΩΝΤΥΛΛ[ΙΟΣΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
Ε]ΠΙΝΙΚΙΩΝΑΙΛΙ[ΟΣΖΗΝΩΝΒΕΡΕΝΙΚΙΔΗΣ
Θ]ΗΣΕΙΩΝΟΚΟ[ΣΜΗΤΗΣ
Α]ΜΦΙΑΡΑΩΝΚ[Λ.ΑΠΕΡ
Γ]ΕΡΜΑΝΙΚΕΙΩΝ[Λ.ΠΟΥΣΤΟΥΜΙΟΣ.ΠΟΠΛΙΟΣΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
Τ]ΟΥΠΕΡΙΑΛΚΗΣ[ΟΥΑΡΙΟΣΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣΦΛΥΕΥΣ
ΑΝΤΙΚΟΣΜΗ[ΤΗΣΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣΚΙΤΤΟΥΑΙΘΑΛΙΔΗΣ

Quantum omnia congruant luculenter perspicitur ex conpleto fragmento. Sed forsitan quispiam dixerit, quamquam eadem festa eodemque ordine disposita recenseantur in utroque titulo, tamen casu quodam hoc accidere potuisse. At primum in eius generis catalogis, quotquot aetatem tulerunt, neque idem usque festorum ordo neque omnino eadem semper festa inveniuntur: modo haec,

modo illa in eis titulis, vel eiusdem aetatis, conparent eorumque modo hic, modo ille ordo cernitur; omnino nulla certa huius rei ratio fuisse videtur. Atque adeo ex omnibus qui extant eiusmodi catalogis ille Philistoris titulus de quo agitur unicus est qui tot numero festa exhibet; ceteri omnes praebent pauciora. Quamquam casu quodam illud fieri potuisse nihilo secius concedendum est. Attamen aliter demonstrari potest utrumque titulum eiusdem esse anni, i. e. eodem sub archonte, cosmeta, paedotriba, ceteris denique gymnasii magistratibus esse exaratum. Etenim in fragmento nostro post festorum nomina supersunt quaedam litterae, reliquiae nominum eorum qui agonothetae fuerunt. Quae reliquiae quantopere cum eis nominibus quae integra in Philist. titulo post singula festorum nomina recensentur congruant et quadrent ex emendato fragmento tam perspicue adparet ut dubitatio non relinquatur. Veluti vs. 6 habemus *Α*[*ἴλιος*; vs. 7: *Ἰο*[*ύλιος*; vs. 8: *Ἄν-ν*[*ιος*; vs. 9: *Τύλλ*[*ιος*; vs. 10: *Αἴλι*[*ος*; vs. 11: *ὁ κο*[*σμητής*; vs. 12: *Κ*[*λαύδιος*. —

Iam ne quis censeat Pittakisianum fragmentum esse particulam quandam eiusdem lapidis cuius Philist. titulus, ita ut non duo diversa unius inscriptionis habeamus exemplaria, sed unum tantum, conplura inpediunt. Ante omnia Cumanudes, qui Philistoris titulum promulgavit, cum omnino non dicit ex frustrulis quibusdam titulum se conposuisse, tum nostri fragmenti mentionem facit nullam. Accedit quod in Pittak. fragmento cuncta sollennium nomina in versuum initio, aliud adcurate subter aliud scripta, inveniuntur. Contra in Phil. tit. modo in versuum initio, modo in medio versu, modo in fine sculpta sunt. Denique in Phil. tit. uno versu (v. 28) duo continentur festorum nomina eorumque agonothetae, ita

Θησείων ὁ κοσμητής· Ἀμφιεράων Κλ. Ἄπερ.

Contra in Pitt. fragm. iidem agonothetae per duos deinceps versus recensentur, ita

Θησείων· ὁ κοσμητής
Ἀμφιαράων Κλ. Ἄπερ.

Quae cum ita sint dubium non est diversa esse exemplaria eiusdem inscriptionis.

Perquam autem veri est simile et hoc fragmentum et id quod in Cap. III ad eundem annum spectare demonstravi, scl. *Ἐφ. ἀρχ.* 3160,

particulas esse unius tituli vel dicam lapidis; nisi forte tria diversa eiusdem inscriptionis exemplaria esse sculpta censemus. Duo autem exemplaria confecta esse non mirum est. Nam duo diversa ephebicorum catalogorum genera statuere licet, posteriore quidem scl. fere inde ab Abascanti paedotribae aetate. Alterum est eorum qui publice, i. e. cosmetae iussu, scribebantur catalogorum. Hi prae se ferre solent formulam hancce fere vel similem: *ὁ κοσμητὴς τῶν ἐφήβων ὁ δεῖνα ἀνέγραψεν τούς [τε συνάρχοντας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ] ἐφηβεύσαντας ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος*; quibus praescriptorum verbis non numquam etiam hypocosmetae, paedotribae, scribae, aliorum gymnasii magistratuum nomina adscribuntur. Tales catalogi sunt C. I. 276. 281 (cf. tab. I); *Φιλίστωρ* II, 268; IV, 270, 2; IV, 272, 3; I, 384, 4; III, 553, 2; IV, 76, 2; IV, 168, 2; IV, 168, 3; IV, 265, 1; IV, 344, 2; IV, 344, 3; IV, 344, 4. C. I. 274. *Ἐφ. ἀρχ.* 199 (Cf. tab. II). Hi publice, ut dixi, sunt exarati cosmetae iussu et sumptibus. Utrum autem conficeret catalogum necne ex arbitrio cosmetae non aptum, immo lege quadam ei mandatum fuisse videtur. Quod colligo ex *Φιλ.* IV, 332, 1, ubi vs. 7—9 haec leguntur: *κοσμητεύων Ἐπίκτητος*) *Εὐπυρίδης, τειμηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπὶ τῷ καλῶς καὶ κοσμίως αὐτόν τε βιοῦν. καὶ προεστὸς* (sic!) *καὶ τῆς ἀναστροφῆς τῶν ἐφήβων κοσμιότητος· εἰληφὼς δὲ παρὰ τοῦ δήμου καὶ σείτησιν ἐν πρυτανείῳ διὰ βίου, τούςδε*[1] *παρέδωκεν ἐφήβους εἰς τὸ μητρῷον κτλ.* Cosmeta ergo dicitur ephebororum catalogum in metroum tradidisse, ibi scl. collocandum. Quid autem ut illud faceret cosmetae intererat, nisi lege praescriptum fuisse censeamus? Unde nescio an colligendum sit quotannis cosmetam eos, qui sub ipso fuerint ephebi, lapidi inscriptos in metroo collocandos curasse.[2] Quod ea re fortasse conprobatur quod huius ge-

---

[1] Cumanudes quidem scribit *τοὺς δὲ ἐφήβους παρέδωκε κτλ*; sed pronuntiandum puto *τούςδε ἐφήβ. παρέδ.* Aliter enim recta enuntiati grammatica structura oritur nulla; est enim haec: *κοσμητεύων Ἐπίκτητος* — *τειμηθείς κτλ.* — *τούςδε παρέδωκεν ἐφήβ.*: cosmeta Epictetus hunc epheborum catalogum in metroum tradidit. Videatur omissa esse ab quadratario ante „*ἐφήβους*“ vox „*τοὺς*“, at potest sane vox *ἐφήβους* praedicativo sensu intellegi, ita: hos tradidit in metroum sub ipso ephebos.

[2] Quamquam admodum mirum esse concedo quod lapidibus inscripti epheborum catalogi in metroo ponebantur. Sed non habeo quo alio modo verba tituli (*Φιλ.* IV, 332, 1, vs. 7—9) explicem.

neris multo plures adhuc sunt inventi catalogi, quam alterius, de quo nunc dicam. Alterum enim genus est eorum catalogorum qui privatim ab ipsis ephebis aut cunctis aut singulis in honorem cosmetae aut paedotribae aut ephebi cuiusdam sculpebantur, horum qui honorant sumptibus. In hisce catalogis formulae praescriptorum sunt variae. Veluti in *Φιλ.* II, 428: *ἐπὶ ἄρχοντος Α. Φλα. Φιλοστράτου, κοσμητεύοντος Πρόκλου, οἱ συστρεμματάρχαι τὴν στήλην ἀναστήσαντες τόν τε κοσμητὴν καὶ τοὺς συνάρχοντας αὐτοῦ καὶ τοὺς περὶ τὸ Διογένειον καὶ τοὺς συνεφήβους ἀνέγραψαν.* In *Φιλ.* I, 522, 7: — *οἱ ἔφηβοι τὸν ἑαυτῶν κοσμητήν κτλ.* Contra in *Φιλ.* III, 350, 1: *Θράσυλλος ἀνέγραψε τὸν συστάτην καὶ συνέφηβον Φιλαθήναιον καὶ τοὺς ἄλλους συνεφήβους κτλ.* — In aliis denique formula eadem est quae alterius generis, at is ex ephebis qui suis inpensis stelam ponit nominatim adfertur in ipso praescripto, veluti in C. I. 272: *Κλ. Διόδοτος καὶ Κλώ. Ἴθακος τὴν στήλην.* Atque praeter eos quos iam attuli sunt huius generis: C. I. 270; *Φιλ.* III, 277, 1; I, 428, 3; III, 60, 1; III, 444, 1; IV, 73, 1; IV, 559, 3. Denique, ut redeamus unde profecti sumus, huius generis est etiam ille Philistoris titulus (I, 518, no. 6.) de quo agitur. Itaque fragmenta illa, de quibus supra diximus, *Ἐφ. ἀρχ.* 1030 et 3160 eius fortasse catalogi particulae sunt habendae qui publice scriptus est.

Quae ipse Pittakisius in fragmento nostro conplevit sunt ea quae silentio transire satius sit.

De festis ipsis cf. supra Cap. II pag. 61 sqq. et Dittenberg. l. l. pag. 60—74. Pauca adnoto. Vs. 3 pro E scripsi Є, quia Pittakis. apographum praebet O; videntur ergo E et Є promiscue in lapide usurpata. — *Vs. 12.* *Ἀμφιαράων* dedi quia utrumque Pitt. apographum A exhibet. Philistor. tit. habet *Ἀμφιεράων*, quae forma etiam in *Φιλ.* III, 555; I, 517, 3 invenitur; contra in *Φιλ.* IV, 559, 1 legitur *Ἀμφιαιρείων*, quod prave scriptum esse censeo pro *Ἀμφιεραίων*.

Annus denique tituli Philistoris nostrique fragmenti adparebit infra in Cap. V.

V.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 2831.

(Conf. tab. III.)

Ephebici tituli fragmentum quod est in Ephemeride archaeol. no. 2831 sanare, quantum fieri potuit, conati sumus sequentibus.

Vs. 2. Hic cosmeta ex aliis ephebicis titulis non innotuit. Eius filius haut dubie est qui vs. 14 conparet ephebus *Φηστιανὸς Εἰρηναίου Μαραθώνιος*, qui Philadelpheis palmam videtur tulisse. ipsum nomen *Φηστιανός* quamvis adhuc in lexicis non repertum offendere non oportet. Recte formatum est ex *Φῆστος* deminutiva forma tum temporis admodum usitata (cf. pag. 75 ad vs. 20).

Pittakis. supplet *θεῶν σεβαστ*]*ῶν ἱερεὺς κτλ.*, quod a loco alienum est. —

Vs. 3. Anticosmeta, qui et ipse sicuti cosmeta simul sacerdos est, quod casu solo accidit, Architimos Dionysii fil. invenitur etiam in tit. *Φιλ.* III, 277, 1 sub archonte Apollonio Stiriensi. Ac ne ibi quidem additur demoticum; itaque in conplendo lacunam reliquimus.

Vs. 4. *τούς τε συνάρχοντας καὶ τοὺς ἐφηβεύσαντας — ἀνέγραψε*, vel similiter, sollennis in hisce titulis formula; cf. pag. 41.

Vs. 5. Supplementum vix dubium. Erat nimirum illo anno Athenis *ἀναρχία*, quae vocatur, i. e. annus archonte carebat. Similiter in C. I. 192 dicitur: *τοῦ μετὰ Μαμερτῖνον ἄρχοντ*[*α*] *ἐνιαυτοῦ*, et C. I. 193; *Φιλ.* I, 522, 7: *ἐπὶ τοῦ μετὰ Τινήϊον Ποντικὸν ἄρχοντα ἐνιαυτοῦ*. Praeterea a. 83 p. Chr. Athenis *ἀναρχία* fuit (cf. Phlegon Trall. de mirab. c. 24). Quaeritur autem quo in anno hic versemur. Quamquam archon ille *Γ. Ἵμερτος Μαραθώνιος* etiam

in *Φιλ.* I, 518, 6 conmemoratur,[1] nihil tamen de anno constat. Hoc unum in universum quidem dici potest utrumque titulum circa Severi imperatoris aetatem esse collocandum, docente paedotriba Telesphoro Meneratis fil. Philaide, de cuius aetate confer quae in Cap. XX adferemus. Idem inde efficitur quod in utroque mentio fit festi Sebereorum. At ipse noster titulus nos adiuvat in investigando anno. Etenim vs. 12 legitur: — *τῶν μεγίστων καὶ θειοτάτων αὐτοκρατόρων.* Quaerentibus nobis qui Septimii Severi aetate una imperatores fuerint nulli occurrunt nisi Geta et Caracalla. Cumque hi unum tantum annum scl. 211 una imperium obtinuerint, adcurate definitur tituli annus, 211 p. Chr. Itaque C. Quintus Himertus Marathonius a. 210 archon fuerit oportet; proinde tit. *Φιλ.* I, 518, 6, de quo in Cap. IV diximus, eo anno videtur esse conpositus. Item hinc aliorum quorundam titulorum anni possunt definiri: in *Ἐφ. ἀρχ.* no. 3830 et 3831 idem ille archon latet. Atque no. 3831 quidem vs. 33—35 praebet Pittakisius: *ἐπὶ ἄρχοντος Γαίου Κυΐντου* ΚΛΕ . . . . *Μαραθωνίου, στρατηγοῦντος ἐπὶ* [*τοὺς*] *ὁπλείτας Π.* (o) *Αἰλίου Ἰσοχρύσου Παλ*[*ληνέως*] *οἱ πρυτάνεις τῆς Ἀτταλίδος φυλῆς — ἑαυτοὺς ἀνέγραψαν.* Illud ΚΛΕ . . . . nihil aliud est ac ΙΜΕ, quod fuit ΙΜΕΡΤΟΥ; pro Μ nimirum illo in titulo usque scribitur Μ. Meo iudicio non est dubium quin illius archontis nomen ibi restituendum sit; neque minus in no. 3830. Est enim etiam no. 3830 prytanum catalogus isque tribus Pandionidis; exhibetur autem praescripto idem *στρατηγὸς Π. Αἴλιος Ἰσόχρυσος*, quod Pittakisium fugit, qui supplet: [*γυμν*]*ασι*[*αρχοῦντος*] *Τ. Αἰλ. Ἰσοχρύ*[*σ*]*ου Παλληνέως.* In lapide vero extant haec:

ΛΗΙΙΟΙ≥ΟΙV
ΙΑΣΙΤΑΙΛΙΣΟΧΡΥ
ΓΟΥΠΑΛΛΗΝΕΩΣ

quae collato tit. no. 3831 unus quisque statim sic restituet:

. . . . στρατηγοῦν]
τος] *ἐπὶ τοὺς ὁ*[*πλί-*
τας Π. Αἰλ. Ἰσοχρύ-
[*σ*]*ου Παλληνέως.*

---

[1] Idem homo cernendus in *Ἐφ. ἀρχ.* 1834, ubi restituendum esse puto: *Ἀπολλ*]*ώνιος*, [*Ἀπ*]*ολλω*[*νία*] *Ἀπολλωνίου θυγατήρ. Εἵμερτο*[*ς*] *Μαραθώνιος κτλ.*

Strategi nomen, ut iam supra diximus, satis indicat etiam in no. 3830 rescribendum esse in primis tituli versibus eundem archontem qui est in no. 3831, C. Quintum Himertum· Marathonium. Proinde tituli Ἐφ. ἀρχ. no. 3830 et 3831 scripti sunt a. 210. Iam in no. 3831 duae diversae sunt inscriptiones; prior usque ad vs. 33 pertinet: in ea alius archon exhibetur, scl. . . . . Ἀραβιανὸς (?) Μαραθώνιος. Cum duae inscriptiones in eodem lapide se excipiant, colligendum est hunc archontem proximum antecessisse Himerto. Adscribo ergo Ἀραβιανὸν (?) Μαραθώνιον anno 209 p. Chr. Porro aliud quiddam est notandum. In no. 3831 vs. 8 et vs. 40 inter prytanes ut eponymus (prytanum) recensetur Πεινάριος Πρόκλ[ος Ἁγνούσιος][1]; idem homo redit in epheborum catalogo in Φιλ. IV, 344, 2 ibique est archon eponymus; quo in titulo, deficientibus paedotriba cosmeta ceteris gymnasii magistratibus, nulla temporis determinatio inest: itaque Ἐφ. ἀρχ. 3831 in tempore definiendo adiumento esse oportet; cadit ergo ille Philist. titulus in Telesphori paedotribae aetatem.

Itemque qui in Ἐφ. ἀρχ. 3830 eponymus prytanum est Κασιανὸς[2] Ἀπολλώνιος Στειριεύς redit in tit. Φιλ. III, 277, 1 ut eponymus archon. Hunc titulum eiusdem esse aetatis cuius sunt ii de quibus adhuc diximus evincunt paedotriba Telesphorus et sollennia Σεβήρεια. Sed hic Apollonius idem archon videtur esse cuius mentio fit apud Philostrat. vit. soph. 2, 20 p. 262 (Kayser): διαπρεπὴς δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ γενόμενος — ἔν τε λειτουργίαις, ἃς μεγίστας Ἀθηναῖοι νομίζουσι, τήν τε ἐπώνυμον καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων ἐπετράπη. Cumque ibidem addatur »πρεσβεύων δὲ παρὰ Σεβῆρον ἐν Ῥώμῃ«, efficitur archontem illum fuisse antequam legatus missus sit ad Septimium Severum. Hic imperium obtinuit inde ab 193 p. Chr. usque ad a. 211 p. Chr. Atqui, id quod adhuc demonstravimus, anni 209, 210, 211 non carent archontibus. Itaque Apollonius non post a. 208 archon fuisse potest. Immo vero ipsi anno 208 adscribendum eum esse paene censeam ideo quod in eodem illo Philist. titulo (III, 277, 1) exhibetur etiam anticosmeta ἱερεὺς Ἀρχίτειμος, qui idem in Eph.

---

[1] Pittak. describit ex lapide ΗΡΕϹΙΟΙ; sine dubio in lapide superat
ΝΟΙϹΙΟΙ, quod fuit
ΑΓΝΟΥϹΙΟϹ

[2] Sic enim restituendum esse puto, non cum Pittakisio Κλαύδιος.

arch. 2831, anno 211, occurrebat. Non enim crediderim per plures annos quemquam anticosmetae munus administrasse, atque adeo vel id ipsum singulare est quod quis duobus annis eo munere fungitur; cosmeta et anticosmeta per unum tantum annum in munere solent esse, idque ex omnibus qui extant ephebicis titulis efficitur. Atque ideo certe velim eum annum, quo primo Architimus ille in anticosmetae munere erat, proxime quantum fieri possit abesse ab anno 211, quo denuo munere functus est. Quamquam valde intutum argumentum. Sed certo non post a. 208 ille Apollonius archon fuit.

Iam redeamus ad eum titulum ex quo profecti sumus.

Vs. 8. De scriba sacerdote Stratone Cithaeronis fil. cf. pag. 45 (vs. 7. 8).

Vs. 9. Dedimus *ἄρχων ἐφήβων*; atque revera illum fuisse ephebum evincunt vocabula *γυμνασίαρχος* et *συστρεμματάρχης*. Ante ephebi nomen dignitatis cuiusdam vocabulum antecessisse efficitur ex insequente *καὶ γυμνασίαρχος*. Supplevi autem *ἄρχων ἐφήβων* primum quia is etiam alibi in praescriptis scribitur (*Φιλ.* II, 428 vs. 14; I, 518, 6), tum quia aliud praedicatum non superest; etenim *γυμνασίαρχος*, *συστρεμματάρχης*, denique *ἀγωνοθέτης* vocatur in sequentibus; itaque nihil restat nisi *ἄρχων ἐφήβων*, quod scribere non dubitavi. Denique nomen *Πρα]ξαγόρας Με[λιτεύ]ς* supplevi collato titulo *Φιλ.* I, 384, 4, ubi *Πραξαγόρας Μελιτεύς* archon est (a. 156)[1]: huius filius ille videtur esse. Post *γυμνασίαρχος* scriptum erat mensis cuiusdam nomen accusativo casu.

Vs. 10. Cur *Σεβήρεια* hic dicantur *μεγάλα* vel num diversa sint ab eis quae alibi semper simpliciter *Σεβήρεια* vocantur ignoro. Post vocabulum *Σεβηρείων* etiam alius festi nomen scriptum fuisse veri est simile.

Vs. 11. De systremmatarchis cf. Dittenberg. l. l. pag. 18, 2.

Vs. 12. Non alio ullo modo restitui posse arbitror. Quo enim alio consilio et contextu imperatores ibi memorari possunt? Quae supplevimus dedimus collatis titulis *Φιλ.* III p. 444, 1 vs. 33—38 (*ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν ἐδόθη — εἰς θυσίας ὑπὲρ τῆς νίκης τῶν αὐτοκρατόρων καὶ ὑγείας τῶν ἀρχιερέων καὶ εἰς τὸν ἐνδεήσαντα χρόνον ἐξ αὐτῶν ἐγυμνασιαρχήθη*) et *Φιλ.* IV, 272, 3 (*ἐκ τῶν σεβα-*

---

[1]) Cf. supra pag. 17.

στοφορικῶν ἐδόθη — εἰς θυσίας ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος τῆς ὑγείας καὶ εἰς σπονδάς κτλ.). De hoc gymnasii aerario videas supra pag. 49 sqq.

Vs. 13. Pittakisium revera in lapide legisse *συστρεμματαρχήσαντα* non possum mihi persuadere. Crediderim ita eum in errorem inductum esse ut versu 11 respecto legens . . . . . *ησαντα* illud suppleverit. Nos ex *Φιλ.* III p. 444, 1 (vs. 35) restituimus: *ἐγυμνασιαρχήθη ἐς τὰ ἐνδεήσαντα.* — *Vs. 15.* De Philadelpheis cf. pag. 62 sqq. — *Vs. 16.* Scriptum fortasse fuit ephebi nomen, addito quodam praedicato veluti *στρατηγός*, *κῆρυξ* cet., quod aliis in eius generis titulis cernitur. In media columna videntur recensiti fuisse *σωφρονισταί*, in dextra fortasse *ἀγωνοθέται.*

VI.

AD TIT. APUD ROSS. DE DEMIS N°. 29. ET PHILISTOR. II, 268.

Apud Rossium »de demis Attic.« pag. 55 no. 29 inveniturr hic titulus,

ΤΙΑΡΧΟΝΤΟϹϹΕΞ
.ϽΥΚΟϹΜΗΤΕΥΟΝ
. . . ΕΡΕΝΝΙΟΥΚΟΡΝΗΛ
.ΟΥΑΖΗΝΙΕΩϹ
.ΑΒΙΟϹΠΡΟΚ·ΛΟϹ
. . ΜΝ'ΑϹΙΑΡΧΗϹΑϹ
.ΊΝΑΝΘΕ·ϹΤΗΡΙΩΝ
. . ΝΛΑΜΙΑΔ.ΑΝΕΘ
. . . . ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝ
. . Ϲ / ͻ ΛΓ ΙΟ ΝΤΟΥ

Restituit Rossius sic,

Επ]ὶ ἄρχοντος Σέξ-
τ]ου, κοσμητεύον-
τος] Ἑρεννίου Κορνηλ-
ί]ου Ἀζηνιέως
Φλ]άβιος Πρόκλος
γυ]μνασιαρχήσας
τ]ῶν Ἀνθεστηρίων
τὴ]ν λαμ[π]άδ[α] ἀνέθ-
ηκε]. παιδοτριβοῦν-
το]ς Δ[ι]ο[φά]ντου.

Recte sane se habent vs. 1—6; minus cetera. Vs. 10 legebatur paedotribae nomen: extant litterae / ɔΛΓΙΟ·ΝΤΟΥ, quibuscum Rossianum explementum non quadrat. Nihil est opus nisi ut litteras ΙΟ prave lectas censeas pro Κ, quod in lapide fuerit: iam habebis nomen ΛΒΛCΙC [Λ]ΝΤΟΥ, *Ἀβασκάντου*, quem paedotribam iam supra in multis ephebicis titulis deprehendimus. Cf. pag. 16—18. Quorum titulorum num in quodam fortasse exhibetur idem aut archon aut cosmeta, qui hic occurrunt? Sane casu contigit. Idem sine dubio cosmeta conparet in tit. *Φιλ.* II p. 268, ubi legimus

vs. 4. *ὁ κοσμητὴς τῶν ἐφη* . . . .

vs. 5. *Ἀττικὸς Ἀζηνιεὺς ἀνέγραψεν κτλ.* . . . .

Ille cosmeta conplura nomina gerebat, quorum non nulla vs. 4 infracta sunt. At prospere vs. 12 cosmeta iterum nominatim adfertur: *κοσμητὴς ἐφήβων Λ. Κορνήλιος* . . . ., quibus si quae vs. 4. 5 extant addideris efficitur nomen *Λ. Κορνήλιος Ἀττικὸς Ἀζηνιεύς*; at cum *Ἀττικός* videatur esse cognomen, scribendum esse puto: *Λ. Κορνήλιος ὁ καὶ Ἀττικὸς Ἀζηνιεύς*. Quamquam vs. 4 (in Phil. tit.) non solum *Λ. Κορνήλιος* fuisse scriptum patet ex lacunae spatio. Addendum ergo est ex Rossiano titulo *Ἑρέννιος*, ita ut plenum nomen efficiatur: *Λ. Ἑρέννιος Κορνήλιος ὁ καὶ Ἀττικὸς Ἀζηνιεύς*. Ex archontis autem nomine in Philist. titulo nihil superest nisi demoticum *Φαληρέως*; itaque ex Rossiano titulo nomen supplendum. Iam obiter hic Philist. titulum vs. 1—14 restituimus sic,

Ἀγαθῇ [τύχῃ
Ἐπὶ νείκῃ τῶν θειοτάτων αὐτο[κρατόρων Μ. Αὐρηλίου καὶ Λ. Βήρου]
Σεβαστῶν Ἀρμενιακῶν Παρθικ[ῶν μεγίστων, ἐπὶ ἄρχοντος Σέξτου]
Φαληρέως ὁ κοσμητὴς τῶν ἐφή[βων Λ. Ἑρέννιος Κορνήλιος ὁ καὶ]
Ἀττικὸς Ἀζηνιεὺς ἀνέγραψεν το[ὺς ὑπ' αὐτῷ ἐφηβεύσαντας τοὺς]
πρώτους λευκοφορήσαντας διὰ τ[ῆς χάριτος καὶ εὐεργεσίας (?)]
τοῦ κρατίστου ἀρχιερέως Τιβ. Κλ. Ἡρώ[δου Ἀττικοῦ· ἐχρημάτι- (?)]
σεν ὁ πρόεδρος· ὅτῳ δοκεῖ λευκο[φορήσειν τοὺς ἐφήβους τῆς]
ἡμέρας, ἐν ᾗ πρὸς τὴν Ἐλευσῖνα ἡ σ[τολὴ (?) *στέλλεται, ὅτῳ]*
μή; οὐδεὶς ἐπῆρεν· Ἡρώδης εἶπεν· ὦ[ἔφηβοι, ἐμοῦ παρόντος χλαμύ-]
δων λευκῶν οὐκ ἀπορήσετε.
Κοσμητὴς ἐφήβων Λ. Κορνήλιος [ὁ καὶ Ἀττικὸς Ἀζηνιεὺς]
Ἀντικοσμητὴς Μόσχος Ἑρμέρωτος [Γαργήττιος[1]]
παιδοτριβοῦντος Ἀβασκάντου [τοῦ Εὐμόλπου Κηφισιέως].

---

[1]) Demoticum *Γαργήττιος* dedi ex coniectura collato titul. *Φιλ.* IV, 168, 2, ubi

Explementa non dubia sunt in vs. 1—5. — Vs. 6. Potest etiam fuisse *διὰ τ[ῆς εὐνοίας καὶ φιλοτειμίας]*, vel similia. — Vs. 7. 8. Cumanudes explet *[ἠρώτη]σεν*; at cum verbum *χρηματίζειν* sollenne sit in ea re, hoc praetulimus. Vs. 8. 9 recte omnia sint expleta necne dubium esse concedo. Vs. 9 post *Ἐλευσῖνα* praebet Cumanudes *ησ*, quod conplevi in *ἡ σ[τολή]*; fortasse autem in lapide superest IHC, id est HIE; itaque nescio an supplendum sit *ἡ ἱε[ρὰ] πομπὴ πέμπεται*. — Vs. 10. Notum est ephebos antea nigris palliis amictos in pompis sollennibus incedere solitos esse; primum autem Herodem Atticum instituisse ut nigrarum vestium loco albas sumerent testatur Philostr. vit. soph. II, 1, 5, quod nunc hoc titulo conprobatum est. — Quod ad ipsa Eleusinia partesque attinet, quae in his celebrandis erant epheborum, revocamus ad Dittenberg. l. l. pag. 61. — Denique de Sexti archontis anno cf. supra pag. 24 (ad a. 166.).

Revertimur iam ad Rossianum titulum.

Vs. 6. 7. Rossius supplet: *[γυ]μνασιαρχήσας [τ]ῶν Ἀνθεστηρίων*. Non recte. Titulus est ephebicus eamque ob causam gymnasiarchus ille, Proclus, ipse est ex ephebis (Cf. pag. 35 sqq). His vero gymnasiarchis, si adcuratius definitur, addi solet nomen eius mensis quo gymnasiarchiam in gymnasio praestiterint, sed numquam festi nomen; quod plurimis titulis docemur. Praeterea de Anthesteriorum lampade nihil constat. Quid multa? ipse Rossius hodie quidem, tot inventis ephebicis titulis, non dubitaret scribere *τ]ὸν Ἀνθεστηριῶν[α*, id quod iam Dittenbergerus (l. l. pag. 41 not. 3) recte suspicatus erat. —

---

col. II vs. 10 habetur *Σαβεῖνος Ἑρμέρωτος Γαργήττιος*, et vs. 17 *Ἀθηνόδωρος Ἑρμέρωτος Γαργήττιος*.

VII.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 2321 ET PHILISTOR. II, 428.

In Ephem. arch. no. 2321 extat fragmentum catalogi prytanum, cuius sex priores versus sic fere restituendi sunt,

'Αγαθῇ τύχῃ· 'Επὶ] ἄρχον[τος Λ. Φλα.
Φι]λοστράτου Στει[ριέως ἐπὶ τῆς
. . . . . . π]ρυτανείας οἱ πρυτά[νεις
καὶ οἱ ἀείσιτοι] τῆς Οἰνεῖδος φυλῆς
τειμή]σαντες ἑαυτοὺς ἀνέγ[ρα-
φαν.

Archontis nomen explevimus ex tit. Philistor. II, p. 428, ubi vs. 4 extat: *ἐ]πὶ ἄρχοντος Λ. Φλα. Φιλοστράτου Στειριέως*: idem archon sine dubio in utroque titulo. Quaerere hic placet de huius archontis anno. In Philistoris titulo inest quaedam temporis determinatio: est enim ibi superscriptum »*Παναθηναΐδι λε*« i. e. tricesima quinta Panathenaide. Quae conputatio vel dicam temporis definitio prorsus singularis est, neque quidquam alibi de ea re traditur; itaque ad quem annum haec ratio sit revocanda ignoratur. Proinde alio modo res est expedienda. Atque ante omnia temporis indicium in universum quidem praebet (in Philistoris titulo) paedotriba *Κράτων ὁ καὶ Σεραπίων*, cuius aetas in universum inde statuitur quod in tit. *Φιλ.* IV, 168, 3, in quo idem conparet paedotriba, sollennia *Γορδιάνεια* conmemorantur; igitur circ. a. 240 p. Chr. eius aetas est ponenda. Accedit quod in Philist. titulo de quo agitur recensetur inter ephebos *'Ερέννιος Δέξιππος "Ερμειος*, qui homo haut dubie idem est atque notissimus ille historicus, quo duce Athenienses Gothos vicerunt circ. a. 269 (Cf. Treb. Pollio Gallien. 13) et qui Aureliano et Probo Impp. floruit eodemque tempore, circ. a. 270, ut vulgo putatur, archon fuit. (Cf. C. I. 380.

Corsin. F. A. II, 167, IV p. 190. Mueller. hist. fr. III, 666 sqq. Ross. de dem. pag. 69 no. 75.). Idem, ut iam dixi, in Philist. tit. est ephebus: proinde 20 fere annos, id quod minimum est, interiectos esse oportet. Adducimur ergo circ. in a. 250 p. Chr.; quod congruit cum eis quae supra de Cratonis paedotribae aetate diximus. Videndum iam est de Panathenaide. Constat celebrata esse Panathenaea quarto quoque anno et quidem tertio quoque Olympiad. anno. Cumque annus $\frac{247}{248}$, qui ab a. 250 proxime abest, tertius (256 ae) Olympiadis sit annus, primus 35 ae Panathenaïdis annus fortasse ad a. $\frac{247}{248}$ est revocandus. Quodsi 35 Panathenaides retrorsum conputaverimus, deducemur in a. $\frac{111}{112}$ vel in Olymp. 222, 3. Iam recte nos conputasse vel rem expedisse paene persuasum habemus. Causa enim si quaeritur cur eo ipso anno mos apud Athenienses invaluerit conputandi ex Panathenaidibus, a. $\frac{111}{112}$ Hadrianum Athenis archontem eponymum fuisse scimus, cuius in honorem, ut supra iam demonstravimus (pag. 5), ab hoc ipso anno nova annorum numerandorum ratio vel epocha Athenis incepta est. Habemus hic alterum exemplum. Veri simile est Hadrianum eo anno archontis munere fungentem uti alia summa beneficia in Athenienses contulerit ita Magna Panathenaea certa nescio qua ratione novo splendore exornasse. Ego, ut dixi, hac de re non dubitaverim, praesertim cum vix alia possit investigari causa illius conputationis. Censeo ergo Fl. Philostratum Stiriensem archontem fuisse intra annos 247—250. Ignoramus enim in quo certo 35 ae Panathenaidis anno ponendus sit.

Denique non diversus est, opinor, hic archon ab Philostrato illo iuniore qui vocatur, clarissimi illius Fl. Philostrati II nepote. Quamvis enim in Lemno insula natum, per multum tamen vitae tempus Athenis eum moratum esse constat. Unde veri fit simile hunc, pariter atque avunculum eius Philostratum II (*Ἀθηναῖος* hic vocatur ap. Hierocl. et Euseb. p. 430 ed. Ol.), Atheniensi civitate donatum esse. Quando autem Philostratus III natus sit quamquam non est proditum, inde tamen effici potest quod 24 annos natus ab imperatore Caracalla »*ἀτελείᾳ*« donatus esse dicitur. Proinde eius natalis annus incidit intra annos 189—194, quod non pugnat cum sententia nostra, qua non diversum eum esse ab illo archonte volumus.

VIII.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 2235 ET PHILISTOR. IV, 344; IV, 85.

Titulus in Ephem. arch. no. 2235 ephebos unius systremmatis continet atque, ut patet ex vs. 22 (*παιδοτριβοῦντος Ἀβασκάντου ἔτος ι′*), decimo paedotribae Abascanti anno, i. e. a. 147 (cf. pag. 16. 21), est conpositus. Est autem ideo momenti quia hoc ex titulo in alio quodam, de quo mox dicemus, conplura poterunt restitui, si prius hic ipse expletus erit; sunt enim vs. 1—4 mutili. Qui meo iudicio sic sunt restituendi,

Ἀγαθῇ τύ]χῃ
Ἐπὶ ἄρχοντος Φ]λ. Ἀῤῥιανοῦ Παιανιέος
κοσμη]τεύοντος Ἀθηναίου
συσ]τρέμμ' ἀνέθηκεν
τῶν ἰδίων πολέμαρχος Ἀπολ-
λοφάνης συνεφήβων
(secuntur epheborum nomina.)

Vs. 2. nomen sic restituimus collato C. I. 193, ubi inter prytanes conparet *Φλ. Ἀῤῥιανὸς Παιανιεύς*. Dubitet quis de praenomine. At ipsae quae vs. 2 extant litterarum reliquiae indicare videntur *Φλ.* Etenim ante *Ἀῤῥιανοῦ* superest ⱶ \, quod censeo fuisse ⏀ Λ; formam ⏀ pro Φ offendere non oportet, quia per totum titulum scribitur ◇ pro O, ⊏ pro Σ, W pro Ω vel ω, M pro M, Y pro Y: itaque his cum formis optime quadrat forma ⏀ (Cf. Franz. el. epigr. pag. 244 sqq.). Persuasum habeo vs. 2 scriptum fuisse *Φλ. Ἀῤῥιανοῦ Παιανιέος*. Immo vero cogitari potest de nobilissimo illo philosopho et rerum scriptore Arriano, qui per Hadriani, Antonini Pii, M. Aurelii aetatem floruit.

Atque hunc, cum romana civitate donatus esset, praenomen Flavii adsumpsisse constat ex Dio. Cass. 69, 15. At fuit hic Bithynus Nicomediae ortus. Sane. Sed id ipsum — praeterquam quod multum in Graecia eum versatum esse conpertum habemus — adeo non infringit sententiam nostram ut maxime conprobet. Nimirum qui iuxta hunc archontem in titulo recensetur cosmeta *Ἀθήναιος* et ipse in Bithynia ortus esse videtur. Scilicet in tit. *Φιλ.* IV, 85, 4, qui eodem anno (vs. 11—12: *ἐπὶ παιδοτρίβου τὸ δέκατον Ἀβασκάντου*) est exaratus, idem redit cosmeta *Ἀθήναιος* (*Ἀλεξάνδρου Ῥαμνούσιος*) hisce ornatus vocabulis: *ἱερονίκης καὶ ξυστάρχης ἐν Βειθυνίᾳ διὰ βίου*. Fuit fortasse ortus in eadem urbe Bithyniae, Nicomediae, in qua Arrianus, quocum adfinitate aut familiaritate coniunctus fuerit. Illo autem tempore permultos peregrinos Atheniensem civitatem aut dono accepisse aut pretio sibi parasse admodum est notum.[1] Hoc igitur nihil offendit. Atque mihi quidem magnam veri similitudinis speciem sententia illa prae se ferre videtur. Quodsi recte statuimus scriptorem Fl. Arrianum non diversum esse ab illo archonte anni *147 p. Chr.* neque ab eo qui in C. I. 193 inter prytanes invenitur anno *171* (cf. pag. 25), fit veri simile per multum tempus Athenis eum versatum esse et tum fortasse temporis historiam Alexandri conscripsisse.

Vs. 4—6 heroico metro conpositos fuisse recte iam Dittenbergerus (l. l. pag. 19 not. 8) cognovit, ideoque post *ἀνέθηκεν* non lacunam esse, in qua *ἐκ* scriptum fuerit, recte idem censuit; cui displiceat *ἰδίων* pro pron. possessivo eum conferre iubet *Φιλ.* I p. 428 n. 3 vs. 9. 518 vs. 11. — Errat autem cum vocabulo *πολέμαρχος* munus systremmatarchae significari vult. Immo nihil significat, ut ita dicam; est enim »*πολέμαρχος*« ex genere eorum ephebicorum vocabulorum (*ἄρχων, στρατηγός, κτλ.*), de quibus supra pag. 54. 55 disseruimus. — Idem *πολέμαρχος Ἀπολλοφάνης* deinceps in eodem titulo primo loco in systremmate recensetur pleno nomine *Ἀπολλοφάνης Εὐφήμου Σφήττιος*.

Iam potest demonstrari ad eundem annum spectare tit. *Φιλ.* IV, p. 344, 3, qui epheborum catalogum continet. Ibi enim vs. 5

[1] Hunc Atheniensium morem civitatem suam pretio vendendi Automedon Cyzicenus mordaci carmine perstrinxit. Cf. Brunck. anal. Graec. II, p. 208, VI. —

extat: . . . . . . ηναιος τοὺς ἐπ' αὐ[τοῦ ἐ]φηβεύσαντας, quod supplemus ita: [ὁ κοσμητὴς 'Αθ]ήναιος τοὺς ἐπ' αὐτοῦ ἐφηβεύσαντας scl. ἀνέγραψεν. Idem ergo habetur cosmeta. Tum secuntur ibi epheborum nomina, quorum primum est πολέμαρχος [. . . . . Ε]ὐφήμου Σφήττιος; invenitur, ut iam vidimus, in Ephemerid. tit. πολέμαρχος 'Απολλοφάνης Εὐφήμου Σφήττιος. Praeterea vs. 32 (Col. II) recensetur Εὐχάριστος Παραμόνου 'Επι[εικίδης]; idem in Eph. tit. vs. 14 conparet; porro vs. 41 (Phil. tit.) superest: [. . . . . Τε]λεσφόρου Φιλα[ίδης], quod ex Ephem. tit. vs. 10 restituendum est in [Μενεκράτης Τε]λεσφόρου Φιλαΐδης. Item sub eis inveniuntur tribubus sub quibus requiruntur, quamvis patris et demi nomina in mutilo lapide plerumque evanuerint ideoque ex Ephem. tit. rescribenda sint,

vs. 43 (Col. II) Ὑγεῖνος [Πιστοκράτους Μαραθώνιος]

vs. 61 (Col. II) Νούιος [Νουΐου 'Αθμονεύς]

vs. 65 (Col. II) Καρπό[δωρος) Σουνιεύς]. —

Restant in Ephem. tit. sex nomina, quorum quae peregrinorum sunt quattuor ideo in Phil. tit. inveniri non possunt quia hoc in tit. omnino nulli peregrini ephebi recensiti sunt; cetera duo ideo non deprehenduntur quia eo tituli loco in quo requiruntur (vs. 32-34) lapis adeo est defractus ut praeter demotica nihil extet. Quamquam qui in Ephem. tit. vocatur Εὐτυχίδης Τροφίμου Φηγαιεύς eum latere oportet vs. 34, ubi superest: . . . . ου Φηγαιεύς: est enim hoc unicum in toto titulo demoticum Φηγαιεύς. Item cum in Phil. tit. duo tantum ephebi gerant demoticum Κηφισιεύς (vs. 32. 33), quorum alterius (vs. 33) patris nomen in —ς exiit, perspicitur eum qui in Ephem. tit. nominatur Διονύσιος Παννύχου Κηφισιεύς, altero vs. (scl. 32) recensitum fuisse, ibique ergo rescribendum esse.

Spectant ergo, ut conprehendam, ad eundem annum, scl. a. 147 p. Chr., tituli 'Εφ. ἀρχ. 2235, Φιλ. IV, 344, 3; IV, 85, 4; quo anno Abascantus decimum annum paedotribae munere fungitur.

IX.

AD PHILISTOR. I, 384, 3. III, 444, 1.

In Philist. I, p. 384, 3 duo epheborum systremmata[1] recensentur. Casu postea integer eiusdem anni ad quem spectat I, 384, 3 epheborum catalogus est inventus, qui editus est in Philist. III, p. 444, 1. Expectatur ergo necessario cuncta nomina quae in I, 384, 3 recensentur redire in III, 444, 1. Quod non plane contingere videtur. Ipse Cumanudes offensus quod non omnia videntur redire diiudicari demum rem posse arbitratur, cum uterque titulus denuo sit editus adcurate ac maiusculis quidem. Quamquam vel sic quae offendunt expediri possunt, quod mox adparebit.

Sed prius de ipso tit. I, 384, 3 quaerendum est. Continet, ut iam dixi, duo systremmata: recensentur primum qui quoque systremmate continentur ephebi, tum ex his ii qui certis quibusdam festis palmam tulerant. Hos victores in alterutro systremmate redire necesse est. Quod revera fit, duobus, ut videtur, exceptis. Quorum alter est *Ἀχώριστος*, qui vs. 27 victor Antinoëorum dicitur. Is in neutro systremmate invenitur, quod tamen postulatur. Itaque fieri non potest quin hoc nomen aut ab quadratario aut fortasse ab ipso Cumanude in describendo omissum sit, idque aut ante aut post vs. 9 factum esse cognoscitur uno obtutu. Vs. 9 enim recensetur *Εὔκαρπος Ἀχωρίστου Παι—*; proximus haud dubie aut sequebatur aut antecedebat *Ἀχώριστος Ἀχωρίστου Παι—*. Cum duo deinceps versus exirent in *Ἀχωρίστου Παι—*, sculptor, oculis hinc eo aberrantibus, in errorem ductus iam se

[1]) Cf. de his Dittenberg. l. l. p. 18—20.

sculpsisse nomen, hoc omisit; quod in tali re saepissime sculptoribus non minus quam codd. librariis accidisse satis est notum. Et sane in integro epheb. catalogo (III, 444, 1) hi duo fratres redeunt: vs. 73 (Col. I) *Εὔκαρπος Ἀχωρίστου Παιω¯*; vs. 74 *Ἀχώριστος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος Παι¯*. Quod ibi vocatur *ὁ καὶ Ἀλέξανδρος* vel quod non additum est *Ἀχωρίστου* nihil est quod offendamus. Hic idem enim aliis in titulis posterioris temporis veluti in Philist. IV, 168, 2 vs. 18 (Col. II), ubi est iam hyposophronista, et in Philist. IV, 272 vs. 10 (Col. I), ubi est *ἡγεμών*, vocatur *Ἀλέξανδρος Ἀχωρίστου Παι¯*, ita ut plenum eius nomen fuerit *Ἀχώριστος Ἀχωρίστου ὁ καὶ Ἀλέξανδρος Παιωνίδης*. Itaque hac in re dubitatio non relinquitur. Alter autem qui neutro in systremmate invenitur est ΕΠΗ*ονος* (sic scribit Cumanudes), qui vs. 34 stadii victor praedicatur. Sed nomen depravatum esse patet. Potest cogitari de ΕΠΙΓΟΝΟΣ, quae emendatio facillima est factu. Quamquam ne hoc quidem nomen in alterutro systremmate reperitur. Reperitur vero in sinistro systremmate vs. 14 nomen *Ἐπιγένης*: fac hoc nomen vs. 34 ita sculptum fuisse: ЄΠΙΓЄΝΗϹ, legisse autem Cumanudem reliquias ЄΠΙΙϹΝ · Ϲ; adparet quam facile fieri potuerit ut ЄΠΗΟΝΟϹ se legisse Cumanudes putaret. Quod si verum est, cuncti victores ephebi in alterutro systremmate redeunt.

Videndum nunc num qui systremmatibus continentur ephebi cuncti revera sint recensiti in integro eiusdem anni epheb. catalogo (*Φιλ.* III, 444, 1). Brevis ut sim significabo hunc titulum littera *B*, alterum tit. litt. *A*.

Primum, qui in *A* ut *Μιλήσιοι* recensentur conparent in *B* inter *ἐπεγγράφους* i. e. peregrinos; inde fortasse licet suspicari vel tunc temporis peregrinos ephebos privatim quidem inter ipsos ceteros ephebos vocatos esse Milesios; publice enim positis in titulis tunc semper dicuntur *ἐπέγγραφοι*; quamquam priore aetate, fere usque ad Antoninorum tempora, in publicis quoque titulis appellantur *Μιλήσιοι*. Certe inde ab Abascanti paedotribae aetate (Cf. pag. 16 sqq.) nullum inveni catalogum, in quo peregrini etiamtunc vocentur *Μιλήσιοι*.

Iam quae in utroque titulo integra nomina redeunt ea adferre omittam; adferam ea in quibus est quod offendat.

Atque *vs. 6* (in A) scribitur *Δημοσθένης Σφητ¯* id est *Σφήττιος*. Idem autem in B vs. 11 fert demotici conpendium *Φηγ¯* id est *Φηγούσιος*. Culpa inputanda videtur sculptori, qui cum scribere vellet *ΔΗΜΟϹΘΕΝΗϹ ϹΦΗΤ¯* scripsit neglegenter

ΔΗΜΟϹΘΕΝΗϹΦΗΤ¯, omissa una littera *Ϲ*; Cumanudes vero descripsit demoticum *ΦΗΓ¯*, quia illud *Τ* fortasse laesum erat in lapide, aut quia legens *ΦΗΤ¯*, cum tale demoticum ignoraret, illud pro *ΦΗΓ¯* i. e. *Φηγούσιος* habuit. Retinendum utique videtur esse *Αὐρ. Δημοσθένης Ϲφήττιος*.

Vs. 12. (in A) legitur *Ὄλυμπος*) *Λαμπτρεύς*. Signum) significat patris et filii nomen idem esse. In tit. B inter Lamptrenses vs. 43—44 invenitur sane *Ὄλυμπος*, at non *Ὀλύμπου*, sed *Ἀπολλωνίου* est filius. Itaque in A vs. 12 aut prave additum est signum) aut in B vs. 44 non recte ab Cumanude lectum. Fortasse in lapide superest: ΟΛ\ . ΙΙΙΟΥ.[2] Cumanudes vero suppleverit: ΑΠΟ]ΛΛ[Ω]ΝΙΟΥ. Quamquam potest etiam is qui vs. 43 (in B) scribitur *Σώσυλος Ὀλύμπου Λαμπτρεύς* nomina gessisse *Ὄλυμπος Ὀλύμπου ὁ καὶ Σώσυλος Λαμπτρεύς*; quod idem iam supra in Achoristo observavimus.

Vs. 17 (in A) reperitur *Ἀγαθόπους Ἀκτίου Κηφισιεύς*. Quem si in B quaerimus, nullus alius se praebet ac qui vs. 45 recensetur *Ἀγαθόπους Ἀττικοῦ Κηφισιεύς*. Quin hic ab illo non diversus sit vix est dubium. Itaque in tit. A prave ab sculptore nomen esse sculptum fit veri simile, praesertim cum *Ἄκτιος* nomen proprium homini attributum nusquam adhuc sit inventum. Quamquam enim in Papei onomastico[1] pag. 50 sub v. *Ἄκτιος* legitur: »Mannsname, attische Inschriften im Philistor K(umanudes)«, tamen ex hoc ipso titulo de quo agitur illud nomen sumptum esse contendo. Ipse enim in schedis meis collecta habeo cuncta propria nomina quae in Philistoris titulis inveniuntur; sed nostro titulo (A) excepto non invenio nomen *Ἄκτιος*. Eiiciendum ergo illud nomen ex Papei lexico; nititur enim prava lectione.

Vs. 15 (A. systremma II) recensetur *Μυστικὸς Σατύρου ἐκ Μυῤῥι¯*. Idem in B (vs. 60) demoticum gerit *Γαρ¯* i. e. *Γαργήττιος*. Quod aliter vix expeditur ac si quadratarii errorem vel vitium

---

[1] „Wörterbuch der griech. Eigennamen", edit. III, 1863.

[2] Conpleas ΟΛ[ΥΜ]ΠΙΟΥ.

statuamus, quod ex similitudine eius vocabuli quod revera sculpsit et eius quod debebat sculpere non licet repetere; haut enim facile quis pro *Γαρ¯* scribat *ἐκ Μυῤῥ¯*. Utrum vero in tit. A an in tit. B vitium sculpendi sit conmissum non patet. Crediderim in tit. A. Gentem enim quandam Mysticorum demo *Γαργηττός* adscriptam fuisse cognoscitur ex Philist. I, 384, 4, ubi inter ephebos sunt *Ἀφροδείσιος Μυστικοῦ Γαργήττιος* et *Μυστικὸς Μυστικοῦ Γαργήττιος*.

Denique in tit. A utrique systremmati adscribuntur quaterni *σωφρονισταί*: efficiuntur ergo octo sophronistae. At in titulis imperatorum aetate scriptis sex semper sophronistae totidemque hyposophronistae recensentur. Itaque vel inde fit verisimile vocem »*σωφρονισταί*« hic intellegendam esse ea latiore vi ac notione qua sophronistas proprie dictos et hyposophronistas conplectatur. Et profecto hoc firmatur tit. B. Ibi inveniuntur — quot postulantur — sex sophronistae et sex hyposophronistae, et redeunt illi in tit. A conmemorati sophronistae partim inter sophronistas, partim inter hyposophronistas. At non omnes sophronistae qui in tit. A recensentur videntur redire in tit. B: Primum non deprehenditur qui vs. 25 (in tit. A) vocatur *Κλ. Στέφανος*: tale nomen in tit. B neque inter sophronistas neque inter hyposophronistas reperitur. Itaque vitium latere oportet, idque meo iudicio in tit. A vs. 25: is enim versus laesus in lapide esse videtur; quippe tres ibi antecedentes sophronistae (vs. 22—24) habent patris et demi nomina, quae vs. 25 desunt. Iam si quaerimus quod nomen in tit. B inter sophronistas aut hyposophronistas inveniatur quod similitudinis speciem habeat cum *Στέφανος*, occurrit vs. 16 *Ἐπέραστος* (*Φίρμου Γαργήττιος*). Fac enim Cumanudem in A vs. 25 pro ЄΠЄΡΑϹΤΟϹ legisse laesum nomen
ϹΓЄΡΑ . ΙΟϹ; patet quam facile induci potuerit
ut ϹΤЄΦΑ ΝΟϹ scriptum fuisse putaret. Equidem pro persuaso habeo illud nomen *Στέφανος* latere in *Ἐπέραστος*. Atque simile quid statuendum est in nomine *Ἐπαφρόδειτος*, qui in tit. A vs. 26 alteri systremmati adscribitur sophronista, neque tamen in tit. B aut in sophronistis aut in hyposophronistis invenitur. Et hic ergo vitium statuendum est et quidem hoc quoque in tit. A, vs. 26: nam et is versus mutilus esse videtur, quia cum ceteris ibi (vs. 25. 27. 28) recensitis sophronistis addita sint

patrum et demorum nomina, ea vs. 26 desiderantur. Iam censeo in nomine *'Επαφρίων* (*Ποπλίου Δαιδαλίδης*), qui homo in tit. B vs. 23 inter hyposophronistas est, illud nomen quaerendum esse. Sine dubio in tit. A vs. 26 sculptum fuerat

ΕΠΑΦΡΙΩΝ Π ΟΠΛΙΟΥ, restare autem videtur ΕΠΑΦΡ.Ω Ν ΙΤ Ο///////////, unde Cumanudes finxerit ΕΠΑΦΡ ΟΔΕΙΤΟΣ, quod ut conpleret eo facilius induci poterat, quoniam *'Επαφρόδειτος* nomen multo saepius occurrit quam *'Επαφρίων*.

Quae omnia si recte statuerimus, nihil iam est in alterutro titulo quod ab altero abhorreat ideoque offendat.

Restat in tit. A quoddam vitium aut sculptoris aut Cumanudis, quod obiter hic expediemus. Etenim vs. 35 inter alia festa adferuntur *'Αδριάνεια τὰ ἐν ἄστει*; quasi etiam alia sint *'Αδριάνεια*, non in urbe celebrata. Duplicia *'Αδριάνεια* acta esse nullo adhuc testimonio conprobatur. Nude semper vocantur *'Αδριάνεια*. Discernuntur autem *'Αντινόεια τὰ ἐν ἄστει* et *'Α. τὰ ἐν 'Ελευσῖνι*. Hinc vitium est ortum in titulo A. Adcurate enim supra vs. 36, eodem loco quo recensentur *'Αδριάνεια*, leguntur *'Αντινόεια τὰ ἐν ἄστει*. Huc aberrarunt oculi aut eius qui sculpsit aut qui descripsit titulum. Hoc si quidquam pro certo dicendum est.

X.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 3612.

In Ephem. arch. no. 3612 ex titulo quodam supersunt haec,

ΑΡ
ΙΕΡΕΥΣΔΡ
ΑΞΑΓΟΡ
ΝΑΞΑΓΟΡ
F

quae Keilius (in Mus. Rhenan. XVIII p. 65) ita legi vult,

ἄρ[χων καὶ]
ἱερεὺς Δρ[ούσου ὑπάτου 'Α-]
[ν]αξαγόρ[ας 'Α-]
ναξαγόρ[ου]
[Μελιτ]ε[ύς]

Hinc Westermannus (in Pauly, Realencycl. I, 2. nov. edit. 1866 pag. 1477) Anaxagoram Anaxagorae fil. Melitensem in archontum eponymorum indicem recepit. Atque ob id ipsum de fragmento hic dicam. Neque enim probo Keilii explementum nominis. Restituendum potius esse censeo *Πρ]αξαγόρ[ας 'Α]ναξαγόρ[ου Μελιτ]ε[ύς*, ideo quia in tit. Philist. I, 384, 4 exhibetur eponymus archon *Πραξαγόρας Μελιτεύς*. Quod si Keilio conpertum fuisset, ipse sine dubio id nomen restituisset. Nihil enim obstat, ac ne patris quidem nomen; quippe patrum et filiorum nomina haut raro similia fuisse satis constat. Quamquam Keilius revocat ad tit. Ephem. arch. 2831. Sed ibi quoque, ubi extat tantummodo ... ΞΑΓΟΡΑΣΜΕ ..... Σ, quaeritur utrum *'Ανα]ξαγόρας* an *Πρα]ξαγόρας Με[λιτεύ]ς* expleri oporteat. Ego et ibi hoc restitui (Cf. Cap. V tab. III).

Sed satis multa hac de re. Id unum volui ut Anaxagoram illum ex archontum indice expungendum esse demonstrarem, donec nimirum pro certo statutum esset revera eum archontis munere esse functum, quod adhuc desideratur, cum de Praxagora constet.

XI.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 3200.

Tit. in Ephem. arch. no. 3200 est fragmentum epheborum catalogi, quod satis indicat hypopaedotriba qui vs. 12 conmemoratur. Ex eius nomine extat *Τελε . . . . . . Ἀβασκάντου Μιλή*[*σιος*]; Pittakisius supplet *Τελέ*[*σανδρος*]. At restituendum est *Τελέ*[*σφορος*], quod docemur tit. Philist. III p. 444, 1 et I, p. 523, ubi memoratur hypopaedotriba *Τελέσφορος Ἀβασκάντου Μιλήσιος*. Qui cum in aliis post Abascanti obitum scriptis catalogis non reperiatur, veri fit simile hoc fragmentum esse particulam epheb. catalogi eius anni qui in Abascanti paedotribae aetatem incidat eiusque qui adhuc titulis ephebicis vacet. Etenim quae fragmento exhibentur nomina non inveniuntur in catalogis, quamvis multis, Abascanti aetate scriptis. Titulorum autem Philistoris, quos supra attuli, alter (III p. 444, 1) in a. 165 (cf. supra pag. 18), alter (I, 523) in a. 171 p. Chr. incidit (cf. ibid.). Itaque intra hos fortasse annos fragmentum est collocandum.

XII.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 2355.

In Ephem. arch. no. 2355 habetur honorarius titulus sic emendandus,

Ὁ ἐπώνυμος ἄρχω[ν
καὶ ἀγωνοθέτης τῶν
Σεβαστῶν Αὐρ[ή]λιος
Σ]ωκράτης Ῥοδοκ[λῆν
τ]ὸν πρόπαπ[π]ον [ἀν-
ε]σκεύασεν.

Adhuc in nullum, quod sciam, ac ne in Westermanni quidem nuperrime confectum archontum indicem (cf. Pauly, »Realencyclop.« l. l.) receptus est Socrates ille qui hoc titulo innotuit. Atque ea ipsa est causa cur expletum titulum hic descripserim.

Vs. 3. Superest in lapide ΛΥΡΙΛΙΟϹ; Pittak. reddit mirifice »Ἀβρίλιος«, quod sensu caret. Fuit Αὐρήλιος.

Vs. 4. Pittak. descripsit ex lapide ΡΟΔΟΚΛ . . . . . .; sed pro Λ haut dubie erat Λ; itaque iure suppletur Ῥοδοκλ[ῆν, quod nomen etiam aliis in titulis occurrit. Feminina forma Ῥοδοκλεία extat apud Rossium »inscript. inedit. II, no. 171 pag. 58. Ῥοδοκλῆν rescribimus ex aetatis ratione. (Cf. de hac accusativa forma C. Keil. »analecta epigr.« p. 123, not. 2).

Vs. 5. Male est descriptum πρόππαπον pro πρόπαππον. — In fine versus est /, quod fuerit Λ, initialis littera verbi ἀνεσκεύασεν; quamquam κατεσκεύασεν hac in re magis est usitatum.

De archonte Aurelio Socrate aliunde nihil constat. Ex litterarum ductibus in Antoninorum aetate titulum ponam; quamquam scripturam imperatorum aetate admodum fluctuare neque sibi constare ipse non ignoro. Vs. 2. 3 dicitur ἀγωνοθέτης τῶν Σεβαστῶν scl. ἀγώνων. Σεβαστά sunt ludi Augustales, qui memorantur etiam

apud Pittak. l'anc. Athènes pag. 493 vs. 7 (cf. C. Keil. in Mus. Rhen. XVIII pag. 57 et ad vs. 7 pag. 70), ubi Pittakis. recte supplet *Σεβαστῶν ἀ[γώνων]*, neque est quod Keilius ea de re dubitet; item apud Rossium de dem. no. 141 (*ἀγωνοθέτου πρώτου τῶν Σεβαστῶν ἀγώνων*). In C. I. 3831 exhibetur *ἀγωνοθέτης τῶν τῆς Σεβαστῆς ἀγώνων*. Cum supra (pag. 72) iam demonstraverim Rossianum titulum a. 53 p. Chr. esse conpositum ideoque eo anno ludos Augustales esse institutos, efficitur Socratem certo post a. 53 fuisse archontem. —

XIII.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 3328.

In Ephem. arch. no. 3328 invenitur titulus honorarius nondum, quod sciam, in integrum restitutus; quamquam potest facili ratione, collato scilicet titulo qui est apud Rossium »de demis« pag. VII (='Εφ. ἀρχαιολογ. no. 727.).

Ἡ βου]λὴ καὶ ὁ [δῆμος
Ὁ δῆμος τὸν ἱερέα Δήμου καὶ Χα[ρίτων καὶ ἀγωνο-
θέτην τῶν μεγάλων Καισαρήων [Τίτον Κωπώνιον
Μ]άξιμον Ἁγνούσιον Δι[ὸς Γελέ]ον[το]ς ἱε[ρέα καὶ ἱερο-
κήρυκα [καὶ ἄρχοντα καὶ στρατηγὸν] Τ. Κωπωνίου Μαξίμου
Ἁγνουσίου υἱὸν ἀρετῆς ἕνεκα. Ἐπιμελη[θέντος τοῦ
[δεῖνος]

Vs. 2. ἱερέα Δήμου καὶ Χαρίτων reperis etiam in Philist. I post pag. 56, 1 vs. 6 (='Εφ. ἀρχ. 4097); item in Ephem. arch. 2458 memoratur τέμενος τοῦ Δήμου καὶ τῶν Χαρίτων. Cur Pittakisius conpleat ἱερέα Δήμου καὶ Χα[ρίτων καὶ Ὡρῶν] ignoro; tali explemento ne sufficit quidem versus spatium.

Vs. 3. μεγάλα Καισάρηα num eadem sint ac Σεβαστά (cf. Cap. XII) est dubium. In C. I. 381 et Eph. arch. 3724 conparent Καισάρηα Σεβαστά; in C. I. 396 μεγάλα Καισάρηα Σεβαστά.

Vs. 4. Δι[ὸς Γελέ]ον[το]ς ἱε[ρέα restituimus secundum Rossianum titulum, in quo idem Maximus vocatur ἱερεὺς Ἄρεως Ἐνυαλίου καὶ Ἐνυοῦς καὶ Διὸς Γελέοντος. De sacerdotio ipso conferas quae Rossius ad illum titulum illustrandum protulit.

Vs. 5. [ἄρχοντα καὶ στρατηγόν] item ex Ross. tit. reposuimus. Est enim ibi Maximus ille simul ἄρχων ἐπώνυμος et στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα τὸ δεύτερον. Quamquam concedo fieri posse ut aliud nescio quid in lacuna scriptum fuerit, sed quidquid fuit, certo muneris cuiusdam nomen.

Vs. 6. Pitt. explet *ἐπιμελ[εία τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς]*, quod non veri est simile.

Quod ad aetatem tituli adtinet memoratur in Ross. tit. *ἡ βουλὴ τῶν Χ′*, senatus sexcentorum. Unde Meierus (ad ill. tit.) colligit titulum conpositum esse ante institutam Hadrianidem tribum. Nititur nimirum ea quam etiam Boeckhius (ad C. I. I p. 323. p. 900) tuetur ratione, qua instituenda Hadrianide tribu senatum, usque ad id temporis sexcentorum, putet factum esse 500 vel adcuratius 539 senatorum. At errasse hos viros supra iam indicavi (cf. pag. 20). Itaque vel haec generalis tituli definitio temporis infringitur. Quamvis autem in Ross. titulo prytania, mensis, dies, adcurata denique temporis determinatio, exhibeantur, tamen ne hinc quidem certi quidquam de tit. aetate conficitur. Legitur ibi datum esse decretum 29 to die (tertii mensis) Boëdromionis prytaniae tertiae 15 to die. Itaque, ut Rossius recte observavit, prout uterque priorum mensium aut alter tantummodo continuerit 30 dies, oportet altera prytania 37, altera 36 aut utraque 36 dies conplexa sit. Quamquam 12 tribuum aetate mensium et prytaniae dies sibi congruunt, non intercalario quidem anno. Itaque Meierus censet versari nos in anno intercalario, quo nimirum dies superflui ex parte quidem duabus prioribus prytaniis sint distributi. Sed eodem, censeo, iure res revocari potest ad aetatis 13 tribuum annum intercalarem. Fac duas priores prytanias continuisse vicenos septenos dies et utrique prytaniae ex superfluentibus diebus distributos esse novenos dies: addas 15 dies tertiae prytaniae: iam efficiuntur 87 dies, quot aequiperant mensium dies qui exierunt. At veri esse simile non infitior 13 tribuum aetate mensem embolimaeum per se integrum unam, certam prytaniam constituisse. Certi autem quidquam ea de re non potest statui. Quocirca in medio relinquimus tituli aetatem.

XIV.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 2596; 3233.

Fragmentum tituli quod est in Ephem. arch. no. 2596 Pittakisius iterum edidit sub no. 3233 neque ipse cognovit. Utroque loco aliter supplet, neutro recte. Eam ipsam ob causam in fragmento, nimis exiguo quam ex quo aliqua res possit erui, hic moramur ne falsum archontis eponymi nomen in archontum indicem recipiatur.

Denuo descripsit Lenormantius (Inscr. Gr. ined. cent. I in Mus. Rhenan. XXI pag. 237), quia perperam sit editum a Pittakisio sub no. 2596 in Eph. arch.; at fugit eum melius idem fragm. descriptum extare sub no. 3233; et sane ipse Lenormantius praeter *ἀγαθῇ* in vs. 1 nihil novi exhibuit.

Iam collatis titulis C. I. 271 et 425 sic est rescribendum,

Ἀγαθῇ [Τύχῃ
Ἐπὶ ἄρχοντος Τι. Αὐρ. Φιλ[ήμονος Φιλαΐδου κοσμητεύοντος
Στατ. Σαραπίωνος Χολ. [ἀντικοσμητεύοντος Κασι. Ἀπολλω-
νίου Στειριέως [παιδοτριβοῦντος Ἀβασκάντου τοῦ Εὐμόλπου Κηφ
Σωφρονισταί
6 *[Ἀθήνα]ι[ος Σπέν]δοντος*

Vs. 6 deest in no. 3233 et apud Lenormant.; nomen restituimus ex C. I. 271; item cosmetam, hypocosmetam, paedotribam; contra archontem ex C. I. 425. — Fragmentum est particula epheborum catalogi et spectat ad a. 160 p. Chr. (cf. pag. 17.)

XV.

AD CORP. INSCRIPT. N°. 246; 285.

Corp. Inscript. no. 246 non unum, id quod Boeckhius putabat, continet titulum, sed tres inter se diversos diversorumque annorum. Sumpta est inscriptio ab Boeckhio ex Fourmonti schedis; itemque inscriptio C. I. no. 285, quae et ipsa non unum tantummodo titulum conplectitur. Apud Boeckhium non invenio unde titulos se descripsisse Fourmontus indicaverit. Sed omnes hos titulos in uno lapide scriptos fuisse docemur per Pittakisium, qui in libro »l'ancienne Athènes« pag. 475 sqq. septem adfert inscriptiones, quae inveniantur »sur un grand piedestal«: has enim adgnosse mihi videor eas esse ipsas, quas Boeckhius ex Fourmonti schedis repetivit (C. I. 246, 285). Iam collato hoc Pittakisiano apographo quid de titulis illis statuendum quidve sit emendandum vel conplendum nunc docebimus. Prius autem videtur esse monendum et Fourmontum et Pittakisium summa neglegentia descripsisse, atque adeo hunc quidem ita temere ut quosdam titulos vix adgnoscas. Nihilo secius hinc inde aliquid poterit erui. Ac primum de C. I. no. 246 dicemus.

I. Corp. Inscript. no. 246.

Tertia columna ita se habet,

ΙⱵ...ΟΔΑΛΚΙΔΑΜ
ΚΑΛΛΙΝΙΚΟϹ
ΕΦΗΒΟΙ
ΙΗϹꞶΟϹ
ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣΚΑΙ
ΛΛΚΙΔΑΜΟΣΟΙΑΛ
ΚΙΔΑΜΟΥΥΙΕ.ΣΧΟΛ
ΛΕΙΔΑΙΑΝΕΘΕΣΑΝ
ΔΙΙ
ΣΩΤΗΡΙΕΦΗΒΩΝ
ΕΠΙΣΥΛΛΑ

Casu contigit ut postea eiusdem anni integer epheborum catalogus sit inventus, qui editus est in Ephem. arch. *περ.* B. no. 107, cuius lemma est: *ἐν ἄρχοντι Σύλλα, Ἀλκιδάμου κοσμητεύοντος.* Atque conparent ibi inter ephebos cosmetae filii *Αἴλ. Θεμιστοκλῆς Ἀλκιδάμου Χολλείδης* et *Αἴλ. Ἀλκίδαμος Ἀλκιδάμου Χολλείδης*, iidem qui in nostro titulo (C. I. 246) inveniuntur. Iam collato illo titulo non est dubium quin ita restituendum sit,

Κοσμητὴν] Ἀλκίδαμ[ον
ἔφηβοι
Θεμιστοκλῆς καὶ
Ἀλκίδαμος οἱ Ἀλ-
κιδάμου υἱε[ῖ]ς Χολ-
λεῖδαι ἀνέθεσαν
Διὶ
Σωτῆρι ἐφήβων
ἐπὶ Σύλλα

Pittak. l. l. no. 3 vs. 1 exhibet: . . . . ΕΝΗΣΑΛΚΙΔΑΜΟΥ. Quod procul dubio fuit aut *κοσμητὴς Ἀλκίδαμος* aut *κοσμητὴν Ἀλκίδαμον*: malim tamen accusativum casum, aptum ex verbis »*ἔφηβοι ἀνέθεσαν*«; quamquam reliquiis nominativum magis indicari ipse non infitior.

Vs. 2—3. Quid volunt nomina ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ, ΙΗΣ..ΟΣ? Haec ad titulum non pertinere multa sunt quae demonstrent. Primum locus quo scripta sunt; deinde ipse litterarum ductus utqui ab ceteris abhorreat; nam Boeckhius adnotat: »haec duo nomina prorsus diversis et multo minoribus litteris interposita ceteris sunt. Cetera maioribus ductibus et vetustioribus sunt scripta«. Tum ne sunt quidem eiusdem anni ephebi; non deprehenduntur enim inter ephebos in Ephem. arch. l. l., quamvis omni ex parte integer sit titulus. Itaque recte iam Boeckhius lineis separavit ab ceteris. Immo vero prorsus expungenda esse videntur; ab ipso enim Fourmonto consilio nescio quo ex suo videntur interposita. Nam Pittakisius quidem eodem tituli loco ne unius quidem litterae particulam ex hisce duobus nominibus praebet, sed id tantummodo quod vs. 2 postulatur, scl. *ἔφηβοι.* Neque difficilior lectu videtur esse inscriptio, quoniam vel Pittakisius hanc quidem integram fere recte descripsit. Itaque suspitio oritur ab ipso Fourmonto ex arbitrio, ut libuit interdum, nomina esse interposita.

Vs. 9. *Ἐπὶ Σύλλα.* Boeckhius ad. h. tit.: »*Ἐπὶ Σύλλα* possis ad *σωτῆρι τῶν ἐφήβων* referre: de archonte quidem eius anni, quo cetera inscriptio posita est, noli cogitare: is certe alius est, vs. 23 indicatus. Anne igitur haec dextera columna antiquiorem titulum comprehendit Iovi Servatori epheborum dicatum, servatori epheborum in Sullana clade Athenarum?« Sed infra ipse ab hac suspitione recedit et censet archontem eius anni significari, qui ante eum fuerit, de quo vs. 23 (C. I. 246). At omnis Boeckhii error inde est natus quod fide Fourmonto habita tres illas inscriptiones putaverat esse unam. Nimirum qui vs. 23 (apud Boeckhium) archon praedicatur is haut paucis annis post munere functus est, de qua re postea videbimus. De archonte autem revera intellegendam esse vocem »*ἐπὶ Σύλλα*« nunc quidem luculenter docet tit. in Eph. arch. l. l. (*ἐν ἄρχοντι Σύλλα*). Cum vero praeter archontem et cosmetam nullus epheborum magistratus aut praeceptor in eo tit. compareat et cum inprimis paedotribae — qui in eius modi titulis maximum temporis indicium praebet — nulla fiat mentio, quaeritur quo anno *Σύλλας* Athenis archon fuerit, aut, si minus hoc, qua aetate. Quod ut possit enucleari videndum est num qui ex eis qui ibi inter ephebos recensentur redeant forte alio loco. Ac primum vs. 29 (Col. II) inter ephebos est *Λεωνίδης Ἡρώδου Χολλείδης*. Idem homo redit in tit. Philist. III, 444, 1 estque ibi anticosmeta. Itaque inter utrumque tit. fere 20 anni interiecti sunt, quod minimum est. Atqui ille Philist. tit. exaratus est a. 165 p. Chr. (cf. pag. 18). Revocamur ergo circ. ad a. 145—150, quo proinde tempore ille Sulla Athenis archon fuerit oportet. Conprobatur haec conputatio alia ratione. In Ephem. arch. no. 3833 inter magistratus quosdam, ut videtur, conparet idem ille *Λεωνίδης Ἡρώδου*. Quamquam in ipsa inscriptione temporis indicium non inest, tamen iuxta illum Leonidam recensetur *Μουσώνιος Ῥοῦφος*: is autem in tit. Philist. IV, 164, 1 vs. 34 (Col. II) inter ephebos invenitur. Atqui a. 141 p. Chr. conpositus est titulus quem modo attuli. Recta ergo est nostra conputatio, quippe ex qua Leonidam fere eodem tempore quo Musonius ephebum fuisse pateat. Denique in illo Ephemeridis tit. (*περ.* B. 107) vs. 11 (Col. II) inter ephebos est *Εὔφημος Εὐφήμου Σφήττιος*; huius fortasse frater est is qui in tit. Ephem. arch. 2235 a. 147 p. Chr. est ephebus *Ἀπολλοφάνης Εὐφήμου Σφήττιος*. Vel hoc congruit. — *Vs. 7. 8.* Quod ad verba *Διὶ σωτῆρι ἐφήβων* at-

tinet meminisse oportet ultimo anni die Athenis sacrificium factum esse *τῷ Διῒ σωτῆρι*. Quod festum, vocatum *Διϊσωτήρια*, etiam ab ephebis celebratum esse patet ex tit. *Ἐφ. ἀρχ.* 4042 vs. 25. *Φιλ.* I post pag. 50, no. 2, 30. 78. no. 4, 21. — Diisoteriorum ergo festo illud anathema a cosmetae filiis videtur esse positum.

Sequitur ut media de columna (C. I. 246) videamus. Continet et ipsa duas diversas inter se inscriptiones. Quarum prior pertinet usque ad vs. 19. Inde altera incipit ex voce *Φιλαδέλφεια*. Prior autem apud Pittakis. l. l. habetur sub no. 2, et eo quidem habitu ut vix adgnosci possit. Neque vero temere solum descripsit Pittakisius, verum nefarie adulteravit. Quod quo iure dicamus ut adpareat Pittakis. et Fourmont. apographa huc describemus:

Pittak. l'anc. Ath. p. 475, 2.	C. I. 246 ex Fourmont. sched.
[ΚϹ/	ΚΟ \L
	ΤΙΤ
[ΔΑΙ	ΔΕΥΤΕΡΑϹΤ
ΘΕΟΔΟΤΟΣ	ΕΝΕΙΚΑΦΙ
ΑΓΑΣΘΕΝΗΣ	ΘΕΜΑΓΕΙ
ΔΩΡΟΘΕΟΣ	ΚΡΑΤΙΟΥΑΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ	ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ.ΑΝ
ΕΙΝ ΤΙΜΟΘΕΟΣ	ΕΙΝ ΓΕΡΜΑΝΙ
. Π	........ΕΠΙ
ΩΣΕ	ϹΤΑΔΙΟΥΓΕ
Η ΑΙΦ	ΚΕΙΑΚΑΙΦΙΛ
ΦΙΤΕ	ΚΑΙΤΡΙΤΗϹ
ΕΗΠΡΟΝΟΙΑΝΕΧ	ΑΛΕΙΠΤΩΠ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΔΕΝ	ΟΥΑΦΡΟϹΕΙϹ
ΘΟΘ ΔΕ	ΘΩϹΛΙ.ΥϹ
ΚΛΟΟΥΒΡΑΝ	ΚΑΘΟΥΒΡΑΒ
ΚΛΜΑΣΑ	ΣΗΘΕ°ΚΟϹΟΓΙΕΑ
	ΤΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΜΑΡΑΘ
	ΝΙΟΥ
Ο Ο Ο	

Sic fere restituenda est inscriptio,

[Καίσαρος] Κομ[μό]δ[ου
τ[ύχῃ ἀγαθῇ]
Δευτέρας τ[άξεως]
ἐνείκα Φι[λαδέλ-
φε[ι]α, Γε[ρμανίκεια παγ-
κρατίου, Ἀν[τινόεια,
Ἀδριάνεια, Ἀν[τινόεια ἐν Ἐλευσ-
εῖν-, Γερμανί[κεια ....
........Ἐπι[νίκια
σταδίου, Γε[ρμανί-
κεια καὶ Φιλ[αδέλφεια
καὶ τρίτης [τάξεως τῶν
ἀλειπτῶ[ν παγκρατί- ?
ου Ἀφρ[ο]δείσ[ιος Ἀ-
φ[ρ]οδ[ει]σ[ίου ....
Κλ[αύδι]ος Βρα[δούας Αττικό-
ς ἦρ[χ]ε ° κοσ[μητεύον-
τος Ἀλεξάνδρου Μαραθω-
νίου

Plurima haut dubie recte se habere persuasum habeo; de singulis dubitatio restat. Profecti sumus in explendo ex vs. 17, 18, ubi latent verba *κοσμητεύοντος Ἀλεξάνδρου Μαραθωνίου*, qui cosmeta redit in epheborum catalogo in Philist. IV, 272, 3, conposito »*ἐπὶ ἄρχοντος Τιβ. Κλ. Ἀτ[τικ]οῦ Βραδούα Μαραθωνίου*, quem hic vs. 16 reponere non dubitavi. De anno archontis postea; id unum praemittimus illum Philistoris titulum Commodi aetate scriptum esse.

Argumentum tituli in eo est positum ut ephebus quidam, *Ἀφροδείσιος*, conpluribus festis ludisve epheborum palmam tulisse praedicetur.

Versus 1. 2 in Pittak. apographo ideo uncis inclusimus quia ipse Pittakisius eos non sub no. 2 descripsit sed iuxta no. 1, falso; inde igitur repetivimus. — Cum vs. 1 Boeckhio teste maioribus litteris scriptus sit, veri admodum est simile scriptum fuisse id quod dedimus. Ac ne offendas quod inceperit inscriptio verbis »*δευτέρας τάξεως ἐνίκα*« *κτλ.*, neve »*πρώτης τάξεως*« *κτλ.* ante-

cessisse expectes monet C. I. 285 (Col. II), ubi habemus, *Ἀγαθῇ τύχῃ. τῆς δευτέρας τάξεως παγκρατίου Πραξιτέλης Φιλαδελφείων ἐνείκα* (Cf. infra ad C. I. 285 (col. II).

Vs. 3. Boeckhius voluit *δευτέρας ἡλικίας*, sed versus reliquiae indicant *δευτέρας τ[άξεως*. Etiam in Philist. IV, 344, 2 habes *α΄.τάξ[ις], β΄.τάξ-, γ΄.τάξ.-*; item *πρώτης τάξεως* mentio fit in tit. Ephem. arch. *περ.* B. no. 107; (cf. etiam Eph. arch. *περ.* B. no. 215).

Vs. 5. ΘΕΜΑ Boeckhius intellegit ut integrum vocabulum *θέμα*, quod praemium propositum significet. At plane singulare esset in ephebicis titulis. Ne in eo quidem Philistoris titulo, in quo talia omnia sunt adcuratissime recensita, in *Φιλ.* IV, 344, 2, *θέμα* occurrit. Sed ne lectum quidem id esse a Fourmonto videtur. Etenim ante vs. 4 margini praescriptum erat in schedis Fourmonti, ut Boeckhius testatur, ϽΕ, quod ex Boeckhii sententia ideo ab hoc factum est ut ipsi clarius pateret, in eo versu se legisse ϽΕ. Praeterea ex contextu nihil aliud postulatur nisi festi cuiusdam nomen. Atque eas ob causas vs. 4. 5 supplemus *ἐνείκα Φι[λαδέλ]φεια*, ut ϽΕΜΑ nihil aliud sit ac ΦΕΙΑ. — Pittakisius nihil legisse videtur praeter ΑΓ (quod restabat ex *[Φιλαδέλφει]α Γ[ερμανίκεια]*), unde confecit nomen *Ἀγασθένης*!

Item vs. 4 ex litteris ΕΝΕΙΚΑΦΙ legit certo tantummodo has
Ε ΛΟΙ, ex quibus effecit nomen
*θ*Ε*ο*ΔΟΤ*ος*! —

Vs. 6. *Fourm.* ΚΡΑΤΙΟΥΑΝ, ex quibus litteris legebat
Pittak. Λ Ι Ο , unde nomen
Δ*ω*ΡΟ*θεος*

effecit, ductus, ut videtur, nescio qua insania nomina in initio tituli recensita fuisse. — *[Παγ]κρατίου*, item infra *σταδίου*, denique genetivus semper in titulo in hisce rebus conparet; alibi semper *στάδιον, πάλην, παγκράτιον, ἐγκώμιον, ποίημα νικᾶν* dicitur. At cum etiam in C. I. 285 (Col. II) (cf. infra ad h. tit.) legatur *παγκρατίου ἐνείκα*, illud intactum relinquimus. — *Ἀν[τινόεια]*, nude dicta, sunt *Ἀ. τὰ ἐν ἄστει* (cf. supra pag. 61), veluti in Philist. III, 277, 1, ubi praeterea idem habetur ordo: *Ἀντινόεια, Ἀδριάνεια, Ἀντινόεια ἐν Ἐλευσεῖνι.*

Vs. 7. Fourm. ΑΔΡΙ Α ΝΕΙ Α . Α Ν, ex quibus legebat
Pittak. ΛΡΙ ΝΕΙ Α ΑΙ: confecit vel potius sibi finxit: ΑΡΕτῆςἕΝΕ ΚΑκΑΙ δικαιοσύνης; libuit ei subito decretum efficere. Talia qui audet nihil non facit.

Vs. 8. Fourm. ΕΙΝↄ ΓΕΡΜΑΝΙ.....
legebat *Pittak.* ΕΙΝ ΙΙΙ
descripsit — ΕΙΝ ΤΙΜοθεος.

Signum post ΕΙΝ, scl. ↄ, est nota conpendii: pro [Ἐλευσ]εῖνι scriptum est [Ἐλευσ]εῖνↄ. — Post Γερμανίκεια aliud cuiusdam festi nomen sequebatur; quale autem fuerit ignoro. Suspicor tamen fuisse Κομμόδεια. Eadem enim sollennia exculpta sunt etiam in titulo eiusdem anni, quem supra iam memoravimus scl. *Φιλ.* IV, 272, 3. (Cf. infra pag. 118, 119.)

Vs. 10.	*Fourm.*	C Τ ΑΔ Ι ΟΥΓΕ	hi versus paullo adcuratius a Pittakisio sunt descripti, quam ceteri.
	Pittak.	ΩΣΕ	
Vs. 11.	*Fourm.*	ΚΕΙΑΚΑ Ι ΦΙΛ	
	Pittak.	Η Α Ι Φ	
Vs. 12.	*Fourm.*	ΚΑΙΤΡ Ι Τ Η C	
	Pittak.	Φ Ι Τ Ε	

Vs. 13. Fourm. ΑΛΕ Ι ΠΤΩΠ
Pittak. ΕΗΠΡΟΝοιαν εχ... .—

Vs. 12 τῶν]ἀλειπτῶν rescribendum esse patet, quamquam singulare est: alibi enim ephebi semper vocantur ἀλειφόμενοι, rectius. Pro [παγκρατί]ου potest etiam fuisse [σταδί]ου. —

Vs. 14. Fourm. ΑΦΡΟCΕΙC, ex quibus legebat
Pittak. ΛΟΡCΔΕΙ ;
descripsit της πο ΛЄΩCΔΕΝ ...

Rectius tamen Pittak. pro C, quod Fourm. praebet, descripsit Δ. Nomen enim sine dubio fuit Ἀφροδείσιος.

Vs. 15. in lapide videtur fuisse ΦΡΟΔΕΙCΙΟΥ
descripsit *Fourm.* ΘΩC ΛΙ Υ
— *Pittak.* ΘΟΘΔΕ

itaque Ἀ]φροδε[ισίο]υ supplere non dubitamus. Sequebatur demoticum, sed quale fuerit ignoro. — Aphrodisius quidam in integro epheborum eiusdem anni catalogo (*Φιλ.* IV, 272, 3) revera inter ephebos conparet, sed patris et demi nomina evanuerunt in lapide.

Vs. 16—19. Explementa satis tuta. Repetita sunt, ut iam supra notavi, ex Philistoris tit. IV, 272, 3. — *Vs. 17.* ΗΘΕ fuerit ΗΡΧΕ; quod sequitur ο est interpunctionis signum. — ΚΟϹΟΓΙΕΑ fuit ΚΟϹΩΗΤΕ[ΥΟΝ]

Vs. 20 apud Pittak. ο ο ο sunt signa, quae hanc inscriptionem ab insequenti separent.

De festis hoc titulo memoratis cf. supra pag. 61 sqq. Restat ut de anno archontis quaeramus. Ipse hic titulus parum indicii temporis praebet; itaque de Philistoris titulo (IV, 272, 3) videndum est. Ibi paedotriba exhibetur *Ἐπίκτητος Φιλέρωτος Σφήττιος*. Sed vel huius aetas demum est statuenda; atque hac quidem ratione. Idem paedotriba habetur in tit. C. I. 276, ubi archon est *Φιλότειμος Ἀρχεσιδήμου Ἐλεούσιος*; hic ipse vero in tit. Philist. I p. 522, 7 inter ephebos recensetur; qui titulus cum a. 171 p. Chr. conpositus sit,[1] efficitur fere 20 annos interiectos esse (inter tit. Philist. I, 522, 7 et C. I. 276): proinde circ. a. 190 p. Chr. ille *Φιλότειμος* fuit archon, eodemque anno paedotriba Epictetus decimum annum, ut ex ipso tit. C. I. 276 patet, munere fungitur. Eadem ergo fere aetate ii de quibus hic agitur tituli sunt conpositi. Sed iam adcuratius Braduae archontis annus erui posse videtur. In Philistoris tit. de quo agitur duo priores versus exculpti sunt, ut testatur Cumanudes ad h. tit.; scriptum ibi erat invisi cuiusdam imperatoris nomen. Hoc vero »fere in Commodo, Geta, duobus Philippis factum animadvertimus« (Franz. C. I. III p. 1226). Hic ergo de Commodi Caesaris nomine cogitandum est ex eis quae supra de Epicteti paedotribae aetate attulimus. Quacum re maxime congruit quod etiam supra in tit. C. I. 246 supplendum esse videbatur vs. 1 [*Καίσαρος*] *Κομ*[*μό*]*δ*[*ου*. Atqui mortuo demum Caesare talia nomina solebant eradere. Iam eo ipso anno quo Commodus obiit titulum Philistoris scriptum esse censeo, idque paullo ante ipsam imperatoris mortem. Colligo inde: in eodem Phil. tit. vs. 60 (Col. I) recensentur inter alia sollennia *Κομμόδεια*; adnotat autem Cumanudes ad vs. 60: »„*Κομμοδείων*“ *ἐγράφη ἐπὶ ἐπιφανείας ἐξεσμένης βαθύτερον καὶ δηλούσης, ὅτι εἶχε πρότερον ἄλλου ἀγῶνος ὄνομα.*« Quid? aliud festi cuiusdam nomen prius ibi scriptum fuit? quod

[1] Cf. supra pag. 18.

tandem vel dicam cuius imperatoris in honorem institutum? talia enim festorum nomina sola exculpebantur. Ex temporis in quo versamur ratione nullum festum huc cadit praeter *Κομμόδεια.* At hoc postea demum, eraso altero nomine, est sculptum. Quamquam quî potest res intellegi, si revera alius festi nomen ibi scriptum fuisset prius? Ille enim *Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Μαραθώνιος,* qui ibi (vs. 60) agonotheta recensetur, aut certi cuiusdam festi agonotheta fuit aut non fuit. Atqui Commodeorum agonotheta fuisse ibi dicitur: proinde huius festi fuit agonotheta, non alius nescio cuius. At sculptum »*Κομμοδείων*« in loco, in quo prius festi cuiusdam nomen erasum. Sane. Necessario efficĭtur fuisse et illud erasum nomen »*Κομμοδείων*«, quod postea denuo est insculptum. Exculptum autem est hoc loco (vs. 60) eandem ob causam ob quam vs. 1. 2 eiusdem imperatoris nomen est ex industria deletum. Quamquam vs. 1. 2 non denuo sculptum est nomen; cur tandem vs. 60? Hoc ipsum est quod voluimus demonstrare. Si metu nomen illud denuo insculptum esset vs. 60, certo ante omnia in ipso praescripto (vs. 1. 2) nomen rescribi debebat. Sed *vs. 60* ut nomen »*Κομμοδείων*« denuo sculperetur nullius poterat interesse nisi eius qui »*Κομμοδείων*« *ἀγωνοθέτης* ibi praedicatur (*Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Μαραθώνιος,* qui est filius, ut videtur, cosmetae Alexandri Marathonii). Is nimirum aegre ferens quod deleto festi nomine posteri ephebi, titulum in gymnasio positum lecturi, ignoraturi essent cuius festi ipse fuisset agonotheta, mala ambitione commotus denuo sculpendum curavit illud »*Κομμοδείων*«, quod eo facilius perficere potuerit, quia ipsius cosmetae filius erat. Quod si verum est, efficitur illum Alexandrum, ut posset illud rescribendum curare, etiamtunc in Diogeneio gymnasio, in quo tituli ponebantur, versatum esse inter ephebos. Unde colligitur et eo tempore quo titulus ponebatur ephebicum annum nondum peractum fuisse et medium in ephebiae annum incidisse Commodi mortem. Periit autem Commodus prid. Calend. Ianuar. a. 192: quod vel maxime congruit cum eis quae diximus. Itaque initio ephebici anni,[1] Boe-

[1] Dixerit quispiam initio ephebiae anni nondum potuisse celebrata esse ab ephebis Germanicea, Antinoëa duplicia, Epinicea, Commodea, *περὶ ἀλκῆς ἀγῶνα,* quae omnia in tit. illo recenseantur. Sane quidem. Quid? ita rem se habuisse nonne licet cogitare, ut ii qui gymnasiarchiam certo quodam mense vel per certum

dromione aut Maemacterione, titulus est conpositus, Commodo adhuc vivo. Paullo post, Poseideone mense, hoc interfecto statim eius nomen ob odium est erasum, haut multo autem post, antequam ephebiae annus peractus esset, denuo est insculptum (vs. 60) ab ambitioso illo ephebo.

Quae conputatio si recta est, ille Claud. Braduas Atticus archon fuit anno $\frac{192}{193}$ p. Chr.

Hinc iam aliud quiddam quod ad seriem paedotribarum perpetuorum constituendam aliquid conferat erui potest. Etenim in Phil. tit. (IV, 272, 3) iuxta pacdotribam perpetuum recensetur vs. 34 *ὑποπαιδοτρίβης διὰ βίου Νικόστρατος Ἱλάρου Παλληνεύς.* Ad h. vs. adnotat Cumanudes: »*τὸ* »*ὑπο*« *πρὸ τοῦ* »*παιδοτρίβης*« *ἐξήλειψε παλαιός τις, ἀλλ' ὄχι οὕτως ὥςτε νὰ μὴ φαίνωνται τὰ ἴχνη τοῦ* **O**. *Ἴσως δὲ τὰ ἐξήλειψε, διότι ἐν τῷ κατασκευάζεσθαι τὴν στήλην ἀπέθανε τυχὸν ὁ ἄνω μνημονευθεὶς Ἐπίκτητος καὶ τὸν διεδέχθη ὁ Νικόστρατος ὡς κυρίως πρῶτος παιδοτρίβης.*« Rectissime observavit Cumanudes. Atque adeo etiamsi non adnotasset, simile quid suspicari debebas. Aliter prorsus singulare et mirum esset quod post »*ὑποπαιδοτρίβης*« scribitur »*διὰ βίου.*« Illo enim tempore hypopaedotriba nondum per vitae tempus munus obtinet: hoc posteriore demum aetate usu venit; (Cf. supra pag. 43. 44). Nunc vero in rationem vocata Cumanudis observatione patet non solum »*ὑπο*« ante »*παιδοτρίβης*« postea erasum, verum etiam »*διὰ βίου*« additum esse, quamvis hac de re Cumanudes nihil notet. Praeterea hoc ipsum cur factum sit aliter non potest intellegi nisi, id quod Cumanudes suspicatur, statuamus paullo post positum titulum obiisse paedotribam perpetuum Epictetum, cuius in locum, ut tum solebat, hypopaedotriba *Νικόστρατος Ἱλάρου Παλληνεύς* successerit[1] eodem

---

tempus aut qui agonothesiam certi cuiusdam festi praestaturi erant id profiteri solerent statim initio ephebici anni apud cosmetam, qui ipse statim ephebici anni initio catalogum sub ipso epheborum, gymnasiarchorum, agonothetarum atque gymnasii magistratuum conficeret et in Diogeneio poneret? Et vero in tituli praescripto non dicitur (*ἀνέγραψε*) *τοὺς συνάρξαντας*, sed *τοὺς συνάρχοντας*. At ratio redditur in eodem tit. pecuniarum gymnasii (»*ἐκ τῶν σεβαστοφορικῶν*« *κτλ.*) Sed hanc notam postea demum inscriptam esse pro persuaso habeo; quod indicari videtur ipso loco quo sculpta est, nimirum inter Col. II et III media inter recensitos ephebos, quia scilicet infra postea non vacabat spatium.

[1] Et successit revera; cf. supra pag. 44.

ipso anno: itaque hic ex hypopaedotriba iam factus paedotriba perpetuus eradi iussit illud ὑπο et adscribi illud διὰ βίου. Atque hac ipsa re conprobatur, quod supra aliis ex causis collegimus, titulum non in fine ephebici illius anni conpositum esse posse.

Anno ergo 192 paedotriba perpetuus Epictetus obit in eiusque locum succedit Nicostratus.

Redimus ad C. I. 246. Restat columnae II altera pars (vs. 20—35), qua tertia continetur inscriptio, quae ipsa apud Pittakisium l. l. latet fortasse sub no. 5, ubi paucae litterae restant. Qua in inscriptione, qualem quidem Boeckhius restituerit, nobis adquiescendum videtur, donec adcuratius apographum habeatur.

Recte sine dubio Boeckhius voluit manifesto vs. 2 designari archontem eponymum, neque minus recta videtur esse eiusdem restitutio vs. 2—3:

Ἦρχεν ὁ Μηνογένης [μέν], ἐκοσμήτευε δ' ἐφήβων
Μάρκελλος κτλ.

Ceterum nihil habeo quod Boeckhii emendationi aut addam aut detraham; itaque eam partem huc non describo. Sed restant quaedam conmemoratione digna. Boeckhius ipse adnotat: »Asclepiades et Maximus« — qui ephebi in inscriptione memorantur — »debent iidem haberi qui n. 245 (C. I.). Et Maximus quidem n. 245 col. III vs. 5 vicit $\bar{Γ}$ πάλην, item col. III vs. 22 in Athenaeis; quidni ibidem in Philadelphiorum victoribus, quorum nomina perierunt, fuerit post $\bar{Γ}$ πάλην scriptus? Asclepiades vero ibidem col. III vs. 3 victor est $\bar{Α}$ πάλην, et potuit etiam in Philadelphiorum recensu eodem loco positus esse. Quae cum tam accurate conveniant, non dubito titulum ad eosdem ludos referre, de quibus no. 245.« In eandem prorsus sententiam abire ego non dubito. Titulus C. I. 245 procul dubio eodem anno i. e. eodem sub archonte, cosmeta, paedotriba est exaratus. Qui ibi conpluribus in certaminibus memoratur, Μάρκελλος, fuit fortasse ipsius cosmetae Marcelli filius. Iam ipse addo etiam tit. Ephem. arch. no. 2600 eodem anno conpositum, immo particulam quandam esse tituli C. I. 245: fere omnes enim iidem ephebi utroque lapide exhibentur; manifesto autem illud adparet inde quod in C. I. 245 col. II vs. 12 legitur: Φιλαδελφείων ἀγωνοθετούντων Μάρκου καὶ Κηφεισοδώρου ἐνείκων κτλ.: ii revera in Eph. arch. 2600

vs. 6. 7 conpàrent ut Philadelpheorum agonothetae. Itaque abhinc uno numero conprehendendi erunt tit. C. I. 245, Ephem. arch. 2600, C. I. 246 (Col. II vs. 20—35), quamvis, cum plurima desint, adhuc non possint restitui vel conponi.

De anno certum quidquam proferre non possum. Quod ex nominibus propriis hisce Ἑρέν. Πτολεμαῖος Ἕρμειος (quem patrem Herennii Dexippi Hermei esse censeo), Ἑρέν. Ἀπολλώνιος Ἕρμειος (qui nescio an filius eius sit qui in tit. C. I. 192, a *170* p. Chr., inter prytanes recensetur), Οὐαλ. Μαμερτεῖνος (qui fortasse est filius eius qui a. *167 p. Chr.* archon est[1] et qui item a. *170* p. Chr. inter prytanes est in C. I. 192), quod ex hisce, aio, nominibus (in tit. Eph. arch. 2600 inter ephebos conmemoratis) possit colligi, posuerim titulos circ. a. 200. Sed non pro certo statuo. Id autem contenderim titulum C. I. 286, cuius in aversa parte inveniatur tit. C. I. 245, non eodem anno esse exaratum, quo C. I. 245[2]; etenim ne unum quidem ex multis ephebis sub no. 245 recensitis deprehendi in catalogo no. 286. — Atque haec de columna II.

Restat denique Col. I (C. I. 245.)

Fourmontus exhibet vs. 1. ϹΥΜΦЄΡΟΝΤΙ
vs. 2. ΗΡΑΚΛЄΙ
et paullo infra ΑϹΚΛΗΠΙΑ
Pittakis. sub no. 1: vs. 1. ϹΥΜΦΕ.ΟΝΠ.ΚϹ/
vs. 2. ΗΡΑΚΛΗΔΑΙ

vocabulum Ἀσκλήπια omittit. Illud ΚϹ/, quod vs. 1, et ΔΑΙ, quod vs. 2 insuper ceteris litteris Pittakisius exhibet hinc separanda et sub no. 2 (vs. 1. 3) adscribenda esse supra iam notavimus. Ipsa autem verba Συμφέροντι Ἡρακλεῖ — Ἀσκλήπια sunt ex eis notis quas ipsi ephebi lapidibus, horum lateribus potissimum, insculpere solebant animi causa; de quibus cum supra (pag. 64 sqq.) iam docuerim, nihil hisce in verbis moror.

Sequitur ut videamus de

II. Corp. Inscript. no. 285.

Habemus vel hic tres diversas inscriptiones, quae nihil inter se habent commune. Atque Col. I est apud Pittak. l. l. no. 4; Col. II = no. 6; Col. III = no. 7. —

[1] Cf. pag. 18.
[2] Quamquam eo anno qui non multum absit scriptum eum esse mihi satis est persuasum.

Col. I.

Qua in emendanda si minus Pittakis. apographum nos iuvat, at titulus tamen qui in Philist. IV, 76, 2 editus eiusdem anni epheborum catalogum continet: ibi enim conparent cosmeta *ἱερεὺς βουτύπος Λακρατείδης Εὐτυχίδου Ἀζηνιεύς*, et archon *Φλ. Σωσιγένης*, quos eosdem in primis huius tituli versibus latere uno obtutu nemo non cognoscit. — Recensentur hic duorum systremmatum ephebi. Cum eorum qui uno systremmate conprehenduntur numerus non sibi constet, incertum est quot nomina in fine perierint. Iam ope tit. Phil. l. l. et Pittak. apographi inscriptio sic expletur,

Ἐπὶ τῆς [Φ]λ. [Σωσι]γένους Παλλ[η]νέως ἀρχῆς
κοσμητεύοντος ἱερέως [βουτ]ύπου [Λα]κρατείδου
τοῦ Εὐ[τυχί]δο[υ] Ἀζ[η]ν[ιέ]ως, ο[ἱ] σ[υστρεμμα-
τάρχαι Ἰούλιος Εὐδαιμόκλητ[ος] καὶ
Ἰούλιος Πῦρος τοὺς [ὑ]φ᾽ αὐτοῖς συνεφήβους
ἀνέγραψαν.
Ἕσπερος ὁ κα[ὶ] . . . . . ικὸς Ἐλεούσιος
Εὔπλους) Ἀχαρνεύς
Ἐπ]άγαθος Ἀττικοῦ Παμ[βωτ]άδης
Τελέσφορος Σωτηρίδα Προςπάλτιος
Εἰσίδοτος Μενάνδρου Κηφισιεύς
Ἀπολλώνιος Ἀφροδεισίου Λευκονοεύς
Διονύσιος Ἀσκληπιάδου Μελιτεύς
Σέμνος Ἀσκληπιάδου Μελιτεύς
Φαυστεῖνος) Φλυεύς
Ἀλκιβιάδης [Φαυστ]είνου Φλυεύς.
Εἰσίδωρος [Ἀφροδεισ]ίου Λευκονοεύς
Βά[κχ]ιο[ς]) Ἀχαρνεύς
Μουνδίκιος Μύστης
Δωριεὺς Ψάλμου
Μάξιμος Προςδοκίμου
Εὔτυχος Ἐπιγόνου
Ἐπαφρόδειτος Δημητριου
. . . . *ν* . . . . . *που*
Σ]π[έν]δων Ἀσια[τ]ι[κ]οῦ
θ . . . .
Ἰά[σ]ων . . . .
. . . .

Vs. 1—3 explevi ope tit. Phil. — Idem archon et cosmeta inveniuntur etiam in Ephem. arch. no. 3240, ubi restituendum est sic,
[Ἐπὶ ἄρχοντος Φλα]βίου Σωσιγένους Παλ[ληνέως, κοσμητεύον-]
[τος ἱερέως βου]τύπου Λακρατείδου Εὐ[τυχίδου Ἀζηνιέως].

Cum neque in nostro (C. I. 285) neque in Philist. titulo (IV, 76, 2) paedotribae perpetui mentio fiat neque aliunde de archontis anno quidquam constet, coniecturis utendum erit. Ille Φλ. Σωσιγένης Παλληνεύς inter ephebos conparet in Φιλ. IV, 168, 2, quem titulum circ. a. 175 conpositum esse veri simile effeci (pag. 35). Porro nostro in tit. vs. 11 et Philist. l. l. vs. 39 (Col. I) inter ephebos est Τελέσφορος Σωτηρίδα Προςπάλτιος: idem vero in C. I. 353 conparet inter prytanes, anno 198 ex Boeckhii conputatione. Quibus in rationem vocatis revocamur fere in a. 185—190, quo tempore Sosigenes archon fuerit et tit. C. I. 245, Philist. IV, 76, 2 exarati sint: quod si verum sit, spectant hi tit. ad Epicteti paedotribae perpetui aetatem. Quamquam quam intuta sint argumenta ipse non ignoro.

Vs. 4 nomen Ἰούλιος Εὐδαιμόκλητος frustra in Philist. catalogo quaeritur, ac ne simile quidem nomen ibi invenitur. Sed cum ibi quaedam nomina perierint aut integra aut ex parte, in mutilo quodam lapidis loco scriptum fuerit; fortasse vs. 71 (Col. II), ubi superest: Γάϊος Ἰούλιος ΗΔ . . . . . .; ΗΔ fuit fortasse ΕΥΔ . . . . . . Item non redit in Phil. catalogo alter systremmatarcha Ἰούλιος Πῦρος. Cum neutri demoticum sit additum, fuerint hi duo peregrini; quod prorsus sit singulare: alibi enim systremmatarchae semper sunt ephebi A t h e n i e n s e s.

Vs. 7. Ἕσπερος ὁ καὶ . . . . . . ικὸς Ἐλεούσιος in Phil. catalogo neque sub Hippothontide neque sub Hadrianide invenitur. At vs. 58 (Col. I) nomen evanuisse videtur. Quin Fourmontus recte descripserit non dubito; nam etiam Pittak. praebet: ΕΠΟΙ. . . . . .ΕΟΥ: illud est Ε[C]ΠΕΡ[ΟC], hoc [ΕΛ]ΕΟΥ[ΙCOC.

Vs. 8. *Fourm.* ΕΥΠΛΟΥC)ΑΧΑΡΝΕΥC,
Pittak. ΕΥΠΑCΥC)Α Π

At in Phil. catalogo sub Oeneide tribu praeter Βάκχιος Ἀχαρνεύς nulli recensentur qui demoticum »Ἀχάρνεύς« habeant, nisi hi:
vs. 67 (Col. I) . . . . . . νοκράτης Εὔνους Ἀχαρ-
vs. 68 . . . . . νων) Ἀχαρ-

In alterutro versu illud nomen latere oportet. Vs. 67 a Cumanude vocabulum *Εὔνους* prave lectum esse patet, cum ne genetivus quidem sit. Fuit, opinor, in lapide *Εὔπλου*, et ille [*Ξε*]*νοκράτης Εὔπλου Ἀχαρνεύς* est frater eius, qui hic postulatur: fratres una usque recensentur. Itaque ibi vs. 68 fuisse censeo ЄΥΠΛ]ΟΥC) ΑΧΑΡ‾, et prave Cumanudem legisse, quod, quum lapis sit admodum detritus, non mirum est.

Vs. 9. Fourm. Γάμος Προςδοκίμου Παμ(βω)τάδης

Pittak. Ἀγάθων Ἡφαιστίωνος Παιανιεύς.

Quae valde discrepant. Sed concilianda sunt, praesertim cum neutrum in Phil. catalogo occurrat. Fac legisse

Fourmontum: . . . ΓΑυΟC, et υ pro Ӌ habuisse,

contra *Pittakisium*: . . ΑΓΑΟΩ ., et Ω pro *Ω* habuisse.

Iam simile nomen habes in catalogo vs. 61 ΕΠ]ΑΓΑΘΟϹ (*Ἀττικοῦ Παμ*[*βωτάδης*]); demoticum quoque congruit cum Fourm. apographo. Abhorret vero patris nomen; quod nescio an ad miserum lapidis habitum revocandum sit. Quis recte descripserit, quis non, diiudicare non possum. Cumanudi certe, meo iudicio, maior habenda est fides, quam Fourmonto nedum Pittakisio. Eamque ob causam rescribi velim *Ἐπ*]*άγαθος Ἀττικοῦ Παμβωτάδης.*

Vs. 10. Fourm. et Pittak. fere congruunt; sed pro *Σωτηρίδου* scribendum est *Σωτηρίδα*, quod etiam in catalogo et in C. I. 353 (in eiusdem hominis nomine) scribitur.

Vs. 11 respondet versui 14 catalogi.

Vs. 12 respondet vs. 31 catalogi.

Vs. 13. Διονύσιος Ἀσκληπιάδου Μελιτεύς latet in catalogo vs. 76, ubi superest: . . . *σιος Ἀσκληπιάδου Μελι‾*: illud ergo hinc est restituendum.

Vs. 14. Σέμνος Ἀσκληπιάδου Μελιτεύς latet in catalog. vs. 75 (col. I), ubi restat: . . . . *ος Ἀσκληπιάδου Μελι‾*; illud proinde hinc est explendum.

Vs. 15. Fourm. praebet ΦΛΚΤЄΝΟCΦΛΥЄΥC; nomen *Φλ. Κτενος* in catalogo non redit. Legerit

Fourm. ΦΛΙCΤЄ.ΝΟC, quod fuerat

ΦΛΥCΤЄΙΝΟC, itemque

vs. 16 legendum est *Ἀλκιβιάδης Φαυστείνου Φλυεύς.* Hunc habemus in catalogo vs. 44, quem sequitur vs. 45

. . . . *εῖνος*) *Φλυεύς*, quod ex antecedenti versu supplendum est in *Φαυστ]εῖνος*) *Φλυεύς*: is qui supra postulabatur pro *Φλ. Κτένος Φλυεύς*.

Vs. 17. Ex catalog. vs. 34 explendum est *Εἰσίδωρος* [*'Αφροδει*]*σίου Λευκονοεύς*. —

Vs. 18. *Βάκχιος*) *'Αχαρνεύς* est in catalogo vs. 69.

Vs. 19. Fourm. ΜΟΚΝΔΙΚΙΟϹ ΜΥϹΤΗϹ. In catalogo vs. 103 (Col. II) idem scribitur *Μουν. Μύστης*: itaque dedi *Μουνδίκιος Μύστης*. —

Vs. 20 resp. catalog. vs. 68 (Col. II).

Vs. 21 resp. catalog. vs. 39 (Col. II).

Vs. 22. Fourm. *Εὐτύχης Πιώνου*; interrogationis signum adposuit Boeckhius; suo iure: est enim scribendum *Εὔτυχος 'Επιγόνου*; (cf. catalog. vs. 86 (Col. II)).

Vs. 23 resp. catalog. vs. 12 (Col. II).

Vs. 24—27 omittit Fourm.; dedi ex Pittak. —

Vs. 25. Pitt.: . Γ . . ΛΩΝΑΜΙΑΘΙΟΥ, quod fortasse fuit ΣΠΕΝΔΩΝΑϹΙΑΤΙΚΟΥ, qui in catalogo vs. 35 (Col. II) conparet.

Vs. 27. Pitt. ΙΔΜ quod fuerit ΙΑϹѠΝ, qui in catalog. vs. 55 (Col. II) invenitur.

Col. II.

Respondet inscriptioni quae est apud Pittak. l. l. sub no. 6. Inscriptio nihil commune habet cum Col. I, quod ipsum argumentum docet; praeterea diversa est scriptura; denique *Πραξιτέλης* in illo catalogo non redit, ergo non eiusdem anni ephebus est. Pittak. apographo adhibito inscriptio ita se habet,

'Αγαθῇ τύχῃ
τῆ]*ς*
δευτ]*έρας τά-*
ξεως
παγκρατίου
Πραξιτέλης
Φιλαδελφείων
ἐνείκ[*α*.

Vs. 1. *Αγαθη τυχη* perspicue apud Pittak. legitur. *Vs. 3.* Pitt. ΠΑΡΑΣΤΑ, quod fuit ΔΕΥ] ΤΕΡΑΣΤΑ. *Vs. 4.* Pitt male de suis videtur dedisse *παρατάξεως*, legisse ΞΕΩΣ. *Vs. 8.* Fourm. et Pitt. *ἐνείκων*; sed unus praedicatur victor; postulatur. ergo *ἐνείκα*, quod dedi.

Parum argumenti in inscriptione inest, quam ut de anno possit statui.

Col. III.

Apud Pitt. l. l. sub no. 7. Continet pauca nomina, haut dubie epheborum, consilio nescio quo recensita. Sunt haec,

. . . .
Εὐφράνωρ
'Αθηνόδωρος
'Ανίκητος
Ζώσιμος
Φλ. Κῶμος (?)
Εὐπραξίδης
. . . .
Τιμοκράτ[ης

Vs. 5. om. Fourm.; dedi ex Pitt. *Vs. 6.* Fourm. *Φακώνιος*, sed esse videtur *Φλ. Κῶμος*, quod nomen etiam alibi occurrit.

XVI.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 640.

In Ephem. archaeolog. no. 640 exhibetur epheborum catalogus, in quo eo consilio hic moramur ut aetatem tituli eruamus. Ante omnia ipse tituli habitus docet incidere eum in prima imperatorum tempora. Quod multis hic demonstrare est supervacaneum, cum qui vel paucos eius generis catalogos, tempore quod est inde fere ab Hadriano scriptos, eorumque formam et habitum inspexerit, facili negotio illud adgnoscat ante Hadrianum titulum scriptum esse.

Atque conparent hîc archon *Καλλικρατίδης*, cosmeta *Νικοσθένης*, paedotriba *Πάμφιλος*, quorum de nullius aetate quidquam constat. At memoratur ibidem *ἡγεμὼν Φιλόστρατος*. Idem vero conparet in epheborum catalogo C. I. 266, item ut *ἡγεμών*. Atqui tit. C. I. 266 conpositus est, ut ex ipso patet, Claudii aetate et quidem sub archonte Metrodoro. Cum vero tum temporis gymnasii magistratus nondum per vitae tempus muneribus fungantur, sed si qui per plures annos in eodem munere conpareant, id casui solum debeatur, efficitur titulum qui est in Eph. arch. 640 ab tit. qui est in C. I. 266, quippe cum in utroque idem *ἡγεμών* memoretur, non multum temporis id est uno vel duobus annis distare. Quin *ἡγεμὼν Φιλόστρατος* in utroque tit. idem sit dubito eo minus, quia vel idem *ὁπλομάχος* in utroque tit. videtur esse. Nam in Ephem. tit. conparet *Νικίας Παλληνεύς*; contra in C. I. 266 superest: . . . . *'Αντιγόνου Παλληνεύς*; itaque integrum eius nomen fuisse censeam: *Νικίας 'Αντιγόνου Παλληνεύς*. Et vero apud Rossium de dem. pag. 34, no. 10 conparet quidam *Νικίας 'Αντιγόνου Παλληνεύς*; neque temporis ratio repugnat quin idem intellegatur. Rossianus enim tit. conpositus est sub archonte Rhoemetalca, natu minore,[1] Rhescuporidis

[1] Etenim illud NT quod in Ross. tit. post Rhoemetalcae nomen extat significat *νεώτερος*.

filio, Thraciae rege, qui a. 19 p. Chr. imperium suscepit et post eum annum Athenis archon fuerit oportet; (cf. infra Cap. XVIII ad a. 21). Est autem ille *Νικίας Ἀντιγόνου Παλληνεύς* in Rossiano titulo *πυλωρός*; itaque si revera idem est atque ille *ὁπλομάχος*, quod ego equidem non dubito, ita res est intellegenda, prius eum fuisse *πυλωρόν* et postea in gymnasio epheborum factum esse *ὁπλομάχον*. — Denique vel idem scriba in utroque tit. recensitus fuerit. In C. I. 266 scriba est: *Εὐφρόσυνος Εὐφροσύνου Φαληρεύς*. Idem restituendum videtur in Eph. 640:

vs. 11. . . . . γ]ρα[μμα-
— 12. τεὺς Εὐφρόσ]υν[ος
— 13. Εὐφ]ροσ[ύνου Φαλ-
— 14. η]ρ[εύς.

Quamquam incertum explementum, concedo. Sed nihil volui demonstrare, nisi titul. Ephem. 640 uno vel duobus tantum annis abesse ab tit. C. I. 266, quod satis docent idem *ἡγεμών* idemque *ὁπλομάχος*. Itaque in ceteris nihil hic moror.

XVII.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 241; 1850.

In Ephem. arch. 241 hoc tituli fragmentum Pittakisius promulgavit,

ΑΡΧΟΝΤΟΣΣΤ ΡΑ
ΑΛΙΚ ΡΑΤΟΥΣΑ
ΑΣΙΑ ΡΧΟΥΝΤΟΣ
ΣΙΔΟΥ
Σ ΚΕΚ ΡΟΠΙΔΟΣ
ΜΕΛΙΤΕΙΣ
Ϲ ΠΑΝΔ ΡΟΣ
ΤΙΚΟ
ΥΧ

Inventum esse *Athenis a. d. VI Nonas Maias 1839* Pittakisius notat. Supplet idem tres priores versus ita,

Ἐπὶ] ἄρχοντος Στρά[τωνος
Κ]αλ[λ]ικράτους Α[ἰξωνέως
γυμν]ασιαρχοῦντος . . .

Quo explemento permotus M. H. E. Meierus hunc Stratonem ut eponymum Athenis archontem, quamvis adposito interrogationis signo, in archontum indicem recepit.[1] Receptus est etiam in eum indicem qui nuperrime a Westermanno confectus est.[2] Sed idem Pittakisius in Ephem. arch. sub no. 1850 promulgavit fragmentum,

---

[1] Meier, comment. epigraph. II pag. 91.
[2] Pauly, Realencyclopaedie I, 2. nov. edit. 1866 pag. 1480.

quod in *Salamine insula a. 1830* repertum esse adfirmat, et quod plane idem esse atque illud alterum (no. 241) non adgnoverat! Ut autem suis quisque oculis possit cernere non similia inter se esse duo fragmenta, verum unum idemque, hoc quoque huc describam, quale Pittak. exhibet,

ΑΡΧΟΝΤΟΣΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝ
ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥΣΣΑ
ΑΣΙΑΡΧΟΥΝΤΟΣΜ
ΙΣΙΔΟΥ
ΕΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ
ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΑΝΔΡΟΣ
ΤΙΚΟΥ
ΕΥΧ

Litterarum ductus a no. 241 diversus esse videtur. In no. 241 habes Σ, Α, Π, Ρ, Δ, Λ; hic: Σ, Α, Π, Ρ, Δ, Λ. At Pittakisium in hisce rebus parum adcurate agere satis est notum. Itaque hoc quidem nihil est momenti. Est autem aliud quod miremur vel quod possit offendere. Qui tandem fieri potest ut unus idemque titulus et *Athenis a. 1839* et *in Salamine insula a. 1830* sit inventus, si quidem semel reperti tituli Athenis servantur? Neque tamen opus est Apollinem consulere, dummodo memineris talia et similia, summa ex incuria orta, Pittakisio tam saepe accidisse ut vel extiterint qui falsarium eum iudicaverint.[1] At iuste C. Keilius (in Mus. Rhen. XVII pag. 69) huius eum absolvit criminis cum dicit: »Im Ganzen wird man mehr über *Ungenauigkeit, namentlich auch in Angabe der Fundorte,* und über Interpolationen als über reine Dichtung zu klagen haben.« — Sed quo modo cumque illa res se habet, no. 241 et no. 1850 unum idemque fragmentum esse nemo non intellegit, neque multis id demonstrare operae est pretium. Videtur autem fragm. sub no. 1850 paullo melius esse de-

---

[1] Cf. Bursian, Gesch. d. griech. Künstler I, 97. (Stephani Nov. Mus. Rhenan IV, 5; Rhangabis Révue arch. II, 425.)

scriptum; praebet enim quasdam litteras ceteris insuper, quas in no. 241 desideramus. Cetera omnia vel maxime in utroque fragmenti apographo congruunt. Iam vero no. 1850 ideo summi nobis momenti est quia ex primo versu patet Pittakisium in supplendo et Meierum in recipiendo archontis illius nomine errasse. Etenim nunc quidem perspicitur ita supplendum esse,

'Επὶ τοῦ δεῖνος] ἄρχοντος, στρατηγοῦν[τος ἐπὶ
τοὺς ὁπλίτας] Καλλικράτους Σα[. . . . . . .?

Nihilo secius archontis nomen, dummodo extaret, Atticorum archontum fastis esset inserendum. Licet enim revera fragmentum sit repertum in *Salamine* insula, tamen cum ex litterarum ductibus, tum inde quod temporis notatio in praescripto non solum ex archonte, sed etiam ex stratego fit, efficitur titulum in eam incidere aetatem qua insula denuo Atheniensium fuerit. Itaque archon, cuius nomen periit, haut dubie fuit Atticus. Num quid de stratego Callicrate aliunde constet unde archontis nomen fortasse possit erui ignoro. Satis habeo demonstrasse Stratonem illum Callicratis filium ex archontum indice esse eiiciendum.

XVIII.

AD EPHEMER. ARCHAEOLOG. N°. 3793.

In Ephemeride arch. no. 3793 extat hoc fragmentum, Athenis prope ecclesiam S. Philippi »εἰς τὸ βόρειον τοῦ θησείου« repertum,

		ΙΟCΟ	ΛΥ	Μ
ΛΥΚΙCΙ		. Ι Ν	ΓΥΘΑΓ ΑC	ΧΑΡΙ
ΔΙΟΝΥCΙΟ	ΜΗΕΙΟ	ΔΙΟΔΩΡΟC	ΑΝΤΙΟΧΟC	ΚΑΛΛΙΚΡ
ΘΕΟΔΩΡΙΔΗ	ΜΗΔΕΙΟC	ΛΥCΑΝΔΡΟC	ΠΟΛΥΑΝΟC	ΠΑΜΦΙΛΟC
ΔΙΟΤΙΜΟC	ΜΗΔΕΙΟC	ΛΥCΙΑΔΗC	ΖΗΝΩΝ	ΖΗΝΩΝ
ΙΑCΩΝ	ΑΝ.ΡΧΙΑ	ΔΗΜΗΤΡΙΟC	ΛΕΩΝΙΔΗC	ΘΕΜΙCΤΟΚΛΗC
ΝΙΚΙΑC	ΦΙ\ΑΝΘΗ	ΔΗΜΟΧΑΡΗC	Θ ΟΦΙΛΟC	ΟΙΝΟΦΙΛΟC
ΙCΙΓΕΝΗC	Λ.C..ΑΠΙC	\Λ		ΒΟΗΘΟC
ΙΟΗΤ\				

Sunt quinque columnae, quibus nomina propria continentur. Quae quo consilio sint recensita initio quidem non patet. At in col. II. media inter nomina scribitur ΑΝ.ΡΧΙΑ, quod non potest conpleri nisi in *ἀν[α]ρχία*. Qua voce Athenis is annus solebat notari quo respublica archonte eponymo carebat. Veluti is annus quo Athenis penes triginta illos potestas erat (a. 404) publice vocatur *ἀναρχία*; item Phlegon Trallianus de mirabil. c. 24 de anno 83 p. Chr.: »*ἐν Ἀθήναις ἀναρχίας οὔσης*«; et itidem saepius, imperatorum potissimum aetate. Iure igitur meritoque statuere nobis videmur fragmento illo indicem eorum qui per certum temporis spatium Athenis eponymi archontis munere functi erant contineri. Quaeritur num revera inter illa nomina sint quos archontes eponymos fuisse aliunde constet, et imperatorum quidem aetate, quod litterarum ductus postulare videtur. Sane non nulli quidem alibi ut archontes redeunt. Ante omnes momenti sunt qui Col. I conparent *Λυκίσκ[ος]* et *Διονύσιος*. Nam in tit. C. I. 2296 extat: *Γάϊος Γαΐου Ἀχαρνεὺς ἱερεὺς γενόμενος θεῶν κτλ. ἐν τῷ ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον ἄρχοντος ἐνιαυτῷ κτλ.* Iidem homines se excipiunt in indice nostro. At titulus ille est Deliacus. Sane, sed Atticae Deli est, quod ipse Boeckhius ad i. tit. firmat. Non ignoro Boeckhium quidem voluisse Delum insulam, quamvis Atheniensium imperio subdita, immo Attica cleruchia tum temporis fuerit, suos proprios habuisse archontes eponymos; quam ob causam Meierus (in Comm. epigr. II pag. 77) archontes *Λυκίσκον* et *Διονύσιον*, quos Corsinus (F. A. IV, 141) iam inscripserat archontum fastis, ex hisce eiecit. Atque ipse Meierus argumenta non adfert, sed nititur Boeckhii sententia. Quamquam vel hic magis suspicatus est illud — et inde quidem quod non dicatur (*ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος*) *Ἀθήνησιν* — quam demonstravit firmis argumentis. Itaque illa res adeo non infringit sententiam nostram, fragmento archontum indicem contineri, ut maxime firmet, cum nimirum etiam hîc Dionysius subsequatur Lyciscum. Praeterea *Νικίας* (Col. I) archon redit in C. I. 477, qui tit. in prima imperatorum tempora incidit; *Ἰάσων* (Col. I) pluribus locis; *Δημοχάρης* (Col. III) in archontum indice a Rhusopulo[1] confecto; *Ζήνων* (Col. IV) in Philist.

[1] In libro »*ἐγχειρίδιον τῆς ἑλληνικῆς ἀρχαιολογίας, Ἀθην.* 1861.«

III, 359, 3 (titulo meo iudicio imperatorum aetate scripto); idem in titulo Deli Atticae C. I. 2287. Denique Καλλικρ[ατίδης?] (Col. V) archon est in tit. Ephem. arch. 640, Claudii fere aetate scripto (cf. No. XVI pag. 128 sqq.).

Quae cum ita sint, non dubito pro certo dicere fragmentum esse indicem eponymorum archontum.

Sed quam ad aetatem spectat? Archontum, quos modo attuli, fere omnium annus parum constat. Unus Καλλικρ[ατίδης] in col. V, si quidem recte explevi, certum temporis indicium exhibet. Eum uno vel duobus annis abesse ab archonte Metrodoro, qui ipse Claudii aetate munere est functus, supra in No. XVI pag. 128, 129 indicavi. Vocamur ergo in Claudii fere imperatoris aetatem. Iam inspiciendus erit index, ut videamus num revera in eo inveniatur Μητρόδωρος, et quidem loco proximo a Callicratide (in col. V). Integrum quidem nomen Μητρόδωρος ibi non reperitur; at vs. 1, uno nomine interposito, superest ex nomine quodam initialis littera M; veri fit simile scriptum ibi fuisse Μητρόδωρον.

Priusquam nunc amplius investigemus, monere liceat primum fragmentum nostrum, utpote quod inferiore, superiore, dextro denique ex latere valde sit mancum, in lapide satis fortasse laeso inveniri itaque haut ita facile esse lectu, deinde vero a *Pittakisio* esse descriptum eamque ipsam ob causam non omni ex parte fidem esse habendam; unde si res postulent, hic illic a Pittak. lectione recedere liceat.

Iam vero ex Claudii fere aetate conplures archontes innotuerunt ex Phleg. Trall. de mirabil. Veluti

Ἀντίπατρος 45/46 p. Chr. (Phleg. l. l. c. 6.)
Δεινόφιλος 49/50 p. Chr. (Phleg. c. 22.)
Διονυσόδωρος 52/53 p. Chr.[1] (Phleg. c. 7.)

---

[1] Meierus, com. epigr. II p. 83 adscribit eum anno $\frac{52}{53}$ p. Chr., quod et ipse supra scripsi. Contra Boeckhius (zur Geschichte d. Mondcyclen p. 62) anno $\frac{53}{54}$ p. Chr. Utrumque per se potest fieri. Nam Phlegon Trallianus, quamvis Graecus graece scripserit, scripsit tamen Romanis et inter Romanos ideoque conputat ex annis Urbis conditae. Itaque cum cap. 7 scribit »ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Διονυσοδώρου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δεκίμου Ἰουνίου Σιλανοῦ Τορκουάτου καὶ Κοΐντου Ἀστερίου Ἀντωνείνου,« intellegi vult annum U. C. 806; eo enim anno illi consules in fastis occurrunt. Incidit autem a. U. C. 806 altera ex parte in Olymp. 207, 4

Quorum num quis in indice nostro deprehenditur? Sane contenderim. Etenim col. IV vs. 7 Pittak. describit Θ . ΟΦΙΛΟϹ,
sed in lapide restare censeo . Є. . ΟΦΙΛΟϹ,
quod restituendum sit in ΔЄΙΝΟΦΙΛΟϹ.
Δεινόφιλος, ut iam notavi, a. 49 p. Chr. archon fuit; quaeritur num quattuor annis antea revera in indice inveniatur *'Αντίπατρος*, ut qui a. 45 p. Chr. archon fuerit. Index quidem quattuor versibus ante exhibet ΑΝΤΙΟΧΟϹ, quo in nomine latere censeo
ΑΝΤΙΠΑΤΡΟϹ; aut falso legerit aut temere suppleverit Pittakis. Fortasse superest ΑΝΤΙ . Λ..ΟϹ, quod in describendo supplebat in
ΑΝΤΙΟΧ ΟϹ, facillima ratione. Mihi quidem hac de re scrupulus non restat. Denique de Dionysodoro est videndum, qui a. 52 archon erat. Eius nomen ideo deprehendi non potest quia col. IV post *Δ*]ε[*ιν*]*όφιλος* (a. 49) nomina quaedam perierunt. Itaque rescribendum videtur, tertio versu post *Δ*]ε[*ιν*]*όφιλος*. Atqui col. V vs. 1 veri esse simile supra iam diximus scriptum fuisse *Μ*[*ητρόδωρος*]; quod si verum est, efficitur Metrodorum, cum sub ipso Claudio imperatore, qui a. 54 p. Chr. obiit, archon fuerit (cf. C. I. 266), aut nullo interiecto a. 53 p. Chr., aut uno intermisso a. 54 p. Chr. Dionysodoro successisse. Sed etiam certius res definienda erit, quamvis paullo impeditius. Apud Phlegontem de mirab. c. 27 legimus: »*ἄρχοντος Ἀθήνησι Κόνωνος, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοΐντου Οὐολουσίου Σατορνίνου καὶ Ποβλίου Κορνηλίου Σκιπίωνος*.« Hi consules fuerunt a. U. C. 809, i. e. 56 p. Chr. Postulatur ergo in Col. V nomen *Κόνων*, neque tamen invenitur; sed pro eo *Ζήνων*. Fortasse in lapide supererat . . ΝΩΝ, quod Pittakis. in describendo suppleverit in *Ζήνων*. Quod eo facilius ei accidere poterat quia col. IV plane eodem in versu legebat ΖΗΝΩΝ. Facere non possum quin censeam ibi rescribendum esse ΚΟΝΩΝ. At restat quod offendat. Ut supra iam notavi, Conon a. 56 p. Chr.

(= $\frac{52}{53}$ p. Chr.), altera in Olymp. 208, 1 (= $\frac{53}{54}$ p. Chr.). Itaque cum ignoremus quam rationem Phlegon hac in re secutus sit, uno quoque casu erit quaerendum utrum ad priorem an ad posteriorem anni U. C. partem archon spectet. Veri autem est simile ea ratione eum usum esse ut cum mirabile quoddam factum in priore anni U. C. parte acciderat eiusdem Olympiadum anni archontem, cum in posteriore, sequentis Olympiadum anni archontem notaret.

archon fertur fuisse. In indice autem (Col. V) illud nomen tribus versibus — i. e. tribus annis — abest a Metrodoro: efficitur igitur non annus 56 sed a. 57 (58). Quamquam illi consules, ex quibus una cum archonte Conone anni denotatio fit apud Phlegontem l. l., ab omnibus a. 809 U. C. adscribuntur. Proinde, si quidem recto ordine nomina descripsit Pittakisius, nescio an non aliter ex hac difficultate possit evadi, ac si coniciatur Phlegontem ex suo archontum indice, ex quo sine dubio sumptos archontes mirabilibus factis adscribebat, non iustum elegisse anni 56, sed oculis aberrantibus anni 57 archontem. Atque omnino eum scriptorem haut ita diligentem fuisse in adscribendis temporis notis inde patet quod consulum nomina quae exhibet haut raro sunt depravata. Sed utut res est, certe non ea quae quaestionem nostram in dubium vocare debeat. Pono Cononem non a. 56 sed a. 57 p. Chr. fuisse archontem. Quod si ita habet, cum retrorsum conputamus (in Col. V), incidunt *Πάμφιλος* in a. 56, *Καλλικρ(ατίδης)* in a. 55, *Χαρί(ας?)* in a. 54, *Μ(ητρόδωρος)* in a. 53, [*Διονυσόδωρος*] in a. 52 p. Chr. Secuntur Cononem a. 58 *Θεμιστοκλῆς*, a. 59 *Οἰνόφιλος*, a. 60 *Βόηθος*. Nomen quod tum sequebatur periit, at ex Phlegonte l. l. c. 20 ibi restituendum est nomen *Θράσυλλος*. Continentur ergo singulis columnis dena archontum nomina et quidem *annorum 12—61 p. Chr.* Itaque annis adscriptis ita se habet index adcurate dispositus.

anni post Chr.	archontes.	anni post Chr.	archontes.	anni post Chr.	archontes.	anni post Chr.	archontes.	anni post Chr.	archontes.
12	. . . .	22	. . . .	32	. . . .	42	(Πολύκλειτος?)	52	(Διονυσόδωρος)
13	[Ναυσίας]	23	. . . .	33	. . ΙΟCΟ	43	(Ἰ)ά(σων)?	53	Μ(ητρόδωρος)
14	Λυκίσκ[ος	24	. . . . . .	34	. . ΙΝ	44	Πυθαγ(όρ)ας	54	Χαρ Ι . . . . .
15	Διονύσιο(ς	25	Μή(δ)ειος	35	Διόδωρος	45	Ἀντί(πατρ)ος	55	Καλλικρ(ατίδης)
16	Θεοδωρίδη(ς	26	Μήδειος	36	Λύσανδρος	46	Πολύα(ι)νος	56	Πάμφιλος
17	Διότιμος	27	Μήδειος	37	Λυσιάδης	47	Ζήνων	57	(Κό)νων
18	Ἰάσων	28	Ἀν(α)ρχία	38	Δημήτριος	48	Λεωνίδης	58	Θεμιστοκλῆς
19	Νικίας	29	Φιλάνθη(ς	39	Δημοχάρης	49	Δ)ε(ιν)όφιλος	59	Οἰνόφιλος
20	Ἰσιγένης	30	Μι)θ(ριδ)άτης?	40	\ Λ	50	. . . .	60	Βόηθος
21	. . ΙΟΗΤ	31	. . . .	41	(Ροιμητάλκας?)	51	. . . .	61	(Θράσυλλος)

Restat ut de singulis videamus. Quod priusquam faciam, adnoto fere omnia haec archontum nomina occurrere in nummis Atheniensium apud Beulé »les monnaies d'Athènes«; quod suo loco usque indicabo. Sane alii quidem archontum eponymorum ea in nummis obvia nomina, alii autem voluerunt praefectorum monetae esse: non ignoro; neque fugit me Eckhelii sententia, omnibus adcurate expensis nihil probabile hac de re adferri posse. Tamen censeo, si quotiescunque archontum quorundam nomina in nummis redeant adcurate id semper notatum erit, tandem aliquando fore ut etiam huic rei lux adferatur.

Ad a. 12: periit nomen nec aliunde constat.

Ad a. 13. Item nomen periit, at restitui posse censeo. In titulo (Deli Atticae) C. I. 2295 legitur: *Γάϊος Γαΐου Ἀχαρνεύς, ἱερεὺς γενόμενος ἐν τῷ ἐπὶ Ναυσίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ κτλ.* Cum vero idem homo in tit. C. I. 2296 praedicetur »*ἱερεὺς γενόμενος ἐν τῷ ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*,« vix nimis audax videar, si Nausiam Lycisco et Dionysio archontibus proximum antecessisse velim. Itaque in tabula supra descripta ad a. 13 restitui.

Ad a. 14. *Λυκίσκος.* De hoc supra iam diximus. Idem etiam apud Pittakisium l'anc. Athènes pag. 512: *οἱ ἱεροποιοὶ—οἱ ἐπὶ Λυκίσκου ἄρχοντος.* Idem denique homo in nummo Athen. apud Beulé l. l. pag. 360. — Nescio an momenti sit quod Delii tituli non omnes eandem temporis notati formulam in praescriptis prae se ferunt: in C. I. 2296: *ἐν τῷ ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον ἄρχοντος ἐνιαυτῷ.* Item in C. I. 2295: *ἐν τῷ ἐπὶ Ναυσίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ.* Item in C. I. 2287: *ἐν τῷ ἐπὶ Ζήνωνος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*; contra in C. I. 2270: *ἐπὶ Ἀρισταίχμου ἄρχοντος*; in C. I. 2271: *ἐπὶ Φαιδρίου ἄρχοντος.* Paene crediderim illam formulam usu venisse ex quo Delus insula Atheniensium cleruchia facta sit; et significare videtur non sub ipso quodam archonte quiddam decretum aut factum esse sed potius eo anno quo hic ille archon fuerit Athenis; quippe inscriptiones illae ab Atheniensibus in insula habitantibus proficiscebantur. Quae observatio ea re fortasse firmatur quod etiam in C. I. 265 legitur: *οἱ ἐφηβεύσαντες ἐν τῷ ἐπὶ βασιλέως Ῥοιμητάλκα ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*, ubi significetur regem Rhoemetalcam nomine quidem eo anno archontem,

sed non ipsum Athenis coram fuisse. Atque omnino illud Athenis tum temporis licuisse ex reipublicae institutis, ut quis absens archontis eponymi munus administraret, conprobatur exemplo Dometiani imperatoris (Cf. Philostrat. vit. Apollon. 8, 16). Quamquam etiam in Philistor. I, 328, 11 occurrit formula: »ἐν τῷ ἐπὶ (Μενάνδρου) ἄρχοντος ἐνιαυτῷ«; item II, 187: ἐν τῷ ἐπὶ (Ἀπολήξιδος) ἄρχ. ἐν.; item III, 359, 3: ἐν τ. ἐπὶ (Ζήνωνος) ἄρχ. ἐν.; III, 350, 1: ἐν τ. ἐ. (Π. Αἰλίου Ἀδριανοῦ) ἄρχ. ἐν. An et hi absentes functi sunt archontis munere? Utut res se habet, conmemoratione utique est dignum quod in titulis Deli Atticae semper dicitur: ἐν τῷ ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ.

Ad a. 15. Διονύσιο[ς]. C. I. 2296. Non huc revocandum Ephem. arch. 4035: ἐπὶ ἄρχοντος Διονυσίου, is enim posterior. Neque diiudicaverim num spectet huc Ephem. arch. 365: ἐπ]ὶ Διονυσίου ἄρχοντος; satis vulgare est nomen ideoque etiam in nummis apud Beulé l. l. saepissime reperitur.

Ad a. 16. Θεοδωρίδη(ς). Adeo nihil de hoc aliunde constat ut vel nomen adhuc in onomasticis desideretur.

Ad a. 17. Διότιμος. Apud Beulé l. l. pag. 192, 193, 268.

Ad a. 18. Ἰάσων. Archon in Ephem. arch. 1457 ab hoc diversus; neque minus in Ephem. arch. 1458: ibi enim etiamtum scribitur δεκάτει τῆς πρυτανείας. De Iasone apud Pittak. l'anc. Athèn. pag. 145 nihil statuerim. Apud Beulé l. l. p. 243, 380.

Ad a. 19. Νικίας. C. I. 477 (= Pitt. l'anc. Ath. p. 115) »ἐπὶ ἄρχοντος Νικίου τοῦ Σαραπίωνος Ἀθμονέως,« qui titulus anno a. Chr. 27 prior esse nequit. Boeckhius autem ex inscriptione C. I. 312 adcuratius annum definivit; cadere enim fere intra annos 11 a. Chr. — 1 p. Chr. Itaque ab hoc Nicia diversus fuerit. Sed potuit dedicatio stoae (C. I. 477) paullo posterior demum facta esse, cum opus omni ex parte esset perfectum. Etiam in Ephem. arch. 2583 legitur: ἐπὶ Νεικίου ἄρχοντος, et in no. 2603: ἐπὶ Νεικ[ίου? ἄρχοντος]. Ac ne de his quidem habeo quid statuam.

Ad a. 20. Ἰσιγένης, de quo aliunde non constat.

Ad a. 21. Superest: . . . . . ΙΟΗΤ . . . . Dubium quale nomen restituendum sit. Simplicissimum explementum videtur ΡΟ]ΙΜΗΤ[ΑΛΚΑΣ. — Hunc quidem habemus in C. I. 265 (ἐν τῷ ἐπὶ βασιλέως Ῥοιμητάλκα ἄρχοντος ἐνιαυτῷ), ubi Franzius

(Elem. epigr. pag. 253) non vetustiorem Thraciae regem intellegi vult, qui ab Antonio ad Augustum desciverat, sed potius Rhescuporidis filium, cui prior ille patruus. Is vero 19 p. Chr. imperium accepit, itaque post a. 19 p. Chr. archon fuit, cum in C. I. 265 vocetur *βασιλεύς*. Et vero Rhoemetalcam minorem natu intellegendum esse docet titulus apud Ross. de dem. no. 10, ubi idem archon exhibetur: ΕΠΙΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑΝ; signum enim Ν nihil aliud est nisi conpendium pro *νεώτερος*, quod C. Keilius rectissime coniecit; quamquam ne coniectura quidem opus erat; signum enim Ν etiam in C. I. 194 vs. 29., 270 vs. 20, denique alibi haut raro invenitur, et semper significat *νεώτερος*. Itaque si minor natu Rhoemetalca in Rossian. tit. idem est atque archon *βασιλεὺς Ῥ.* in C. I. 265, quod puto, post annum 19 p. Chr. archon fuerit necesse est. Quod etiam ea re conprobatur quod in Rossian. titulo conparet *πυλωρὸς Νικίας Ἀντιγόνου Παλληνεύς*, quem in tit. Eph. 640 (anno 55), et in C. I. 266 (anno 53) *ὁπλομάχον* esse supra diximus veri esse simile (cf. pag. 128, 129).

Iam vero in Ross. tit. alia temporis nota est (vs. 11)

. . . . *Καῖσαρ αὐτο-*
κράτωρ ἀνεδείχθη.

Cuius imperatoris nomen in lacuna fuerit non liquet: sententia autem videtur esse, illo anno quendam imperatorem declaratum esse. At a. 21 p. Chr. nemo declaratus est imperator. Itaque non licet in indice (Col. I. vs. 10) nominis reliquias . . . . ΙΟΗΤ . . . . supplere in ΡΟ]ΙΜΗΤ[ΑΛΚΑΣ: quod si ita est, vel posthac archon fuit, et quidem eo anno quo imperator quidam declaratus est. Sed cum iam a. 19 p. Chr. imperium susceperit cumque index noster usque ad a. 61 p. Chr. pertineat, veri haut dissimile est in indicis nostri versu quodam, in quo nomen periit, eum recensitum fuisse. Annus 37 p. Chr., quo Caligula factus est imperator, habet in indice suum archontem (*Λυσιάδης*); item annus 54, quo Nero imperator factus. Itaque restat tantummodo annus 41 p. Chr., quo Claudius declaratus est imperator. Is annus in indice (Col. III vs. 10) nomine vacat. Proinde ibi reponendum esse censeo nomen *Ῥοιμητάλκας*. Quod si verum est, anno 42 p. Chr. (= Col IV, vs. 1.) restituendum est nomen *Ποδύκιπος*; is enim archon in Ross. tit. sequitur Rhoemetalcam. Sed nomen ΠΟΔΥΚΙΠΟΣ

quale Rossius exhibet, vix graecum est. Immo fuerit potius, puto, ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΣ, quale archontis nomen innotuit ex Eph. arch. *περ.* B. 169: *ἄρχων Πολύκλειτος Ἀλεξάνδρου Φλυεύς*; — litterarum ductus plane idem est atque in Rossian. tit. — et ex Ephem. arch. 1457: *ἐπὶ Ἰάσονος τοῦ μετὰ Πολύκλειτον ἄρχοντος*. Nescio an momenti sit, quod in tit. (Deli Atticae) C. I. 2287, ubi verba »*ἐν τῷ ἐπὶ Ζήνωνος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*« refero ad Zenonem archontem anni 47 p. Chr., conmemoratur *ἐπιμελητὴς Δήλου Ἀλέξανδρος Πολυκλείτου Φλυεύς*, qui filius videtur esse illius archontis (in Eph. arch. *περ.* B. 169.); itaque vel haec res eam archontis aetatem indicet. Ideo pro *Ποδύκιπος* in Col. IV. vs. 1. rescribendum sit *Πολύκλειτος*, quem (secundum tit. Ephem. arch. 1457) secutus sit Iason. Sed pro certo non statuam.

Ad a. 22. 23. 24. Nomina perierunt nec aliunde nota sunt.

Ad a. 25. Extat *Μήειος* Duobus sequentibus in versibus recensetur *Μήδειος* atque idem vel hoc versu scriptum fuerit; itaque Medeius per tres deinceps annos archontis eponymi munus administraverit, a. 25—27 p. Chr. Quod tum temporis nihil offensi habet, quo nimirum omnes magistratus, potissimum archontis eponymi, fere in vim leiturgiae abiissent neque amplius sortirentur sed ex ditissimis et nobilissimis elegerentur. Hic Medeius est diversus, arbitror, ab eo archonte eiusdem nominis, qui apud Meierum com. epigr. pag. 50 no. 24, 15 conparet: is enim idem videtur atque Medeius archon conmemoratus in tit. Philistor. I, post pag. 56 no. 3, cui antecessit *Ἐχεκράτης*. Eius fortasse filius fuit Medeius nostri indicis; etenim ille Philistor. titulus incidit in alteram primi a. Chr. saeculi partem. — In nummis apud Beulé l. l. conparet nomen pag. 258, 259.

Ad a. 28. *Ἀν(α)ρχία*, i. e. archonte carebat annus; quod imperatorum aetate praeterea factum esse constat a. 83 p. Chr.[1], a. 168[2], a. 171[3], a. 211[4].

Ad a. 29. *Φι(λ)άνθη(ς)* sine dubio explendum. Aliunde non innotuit.

---

[1] Cf. Phlegon Trall. de mirab. c. 24.
[2] Cf. supra pag. 18.
[3] Cf. ibidem.
[4] Cf. pag. 87.

Ad a. 30. Pittakisius descripsit Λ.C . . . ΛΠ IC, sed fortasse in lapide superest Μ.Θ . . . ΛΤΗC, quae litterae nescio an reliquiae sint nominis ΜΙΘΡΙΔΑΤΗC; is enim archon conparet in C. I. 264 idemque, censeo, in Ephem. arch. 3860, ubi sic restituendum est

ὁ δῆμ[ος
. . . . Ἀντίοχον [ἐπὶ
ἄρχοντ]ος Μιθριδάτου
ἀρ]ετῆς ἕνεκα καὶ
εὐ]νοίας[τῆς εἰς ἑαυτόν.

Ut ex habitu catalogi epheborum C. I. 264 colligo, circa hanc fere aetatem Mithridates archon fuerit oportet. Sed de anno non constat, neque satis indicii praebent huius indicis reliquiae. Quare rem relinquo in medio.

Ad a. 35. Διόδωρος. — Apud Beulé l. l. p. 216.

Ad a. 36. Λύσανδρος. — Ap. Beulé. p. 214, 326, 329, 331.

Ad a. 37. Λυσιάδης. Archon Lysiades occurrit etiam in tit. Philist. III, 282, 2 (= Ephem. arch. *περ.* B. n. 200), sed diversus ab hoc, posterior scilicet. Etiam apud Lenormantum inscript. gr. ined. centur. IV in Mus. Rhen. XXI pag. 510 sqq. no. 301 obvius est archon Lysiades; eam inscriptionem, cum nunc demum innotuerit et quia de ea docebo, hic adscribere liceat: »*Τιβ. Κλαύδ. Λυσιάδην Μελιτέα Σώσπιδος δᾳδούχου υἱόν, Λυσιάδου δᾳδούχου υἱωνόν, Λεωνίδου δᾳδούχου ἔκγονον, ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν καὶ πανηγυριαρχήσαντα Τιβέριος Κλαύδιος Δημόστρατος καὶ Λεωνίδης οἱ ἀδελφοί, ψηφισαμένης τῆς πόλεως.*« Atque is Lysiades, id quod sine ulla dubitatione contenderim, idem est ac qui invenitur in Philist. III, 282, 2. Denique in titulo Ephem. arch. 521 conmemoratur quidam *Τιβ. Κλ. Λυσιάδης Μελιτεὺς Δημοστράτου.* Iam ex hisce titulis efficitur hoc stemma:

Τιβ. Κλαύδ. Λεωνίδης (I) δᾳδοῦχος

Τιβ. Κλαύδ. Λυσιάδης (I) δᾳδοῦχος

Τιβ. Κλαύδ. Σῶσπις δᾳδοῦχος

Τιβ. Κλ. Λυσιάδης (II) (archon in Phil. III, 282, 2. et apud Lenormant. l. l.) — Τιβ. Κλ. Δημόστρατος — Τιβ. Κλ. Λεωνίδης (II)

Τιβ. Κλ. Λυσιάδης (III) (in Ephem. arch. 521)

Inde stemma quod Boeckhius ad C. I. 385 II. divinando magis confecerat cum augetur tum maxime confirmatur.

Ut ad Lysiadem nostri indicis redeam, nescio an ille Lysiades I hîc intellegendus sit archon. Illo tempore penes paucas tantum familias semper fuisse imperia, magistratus, denique dignitates, quasi hereditate relictas, satis docent tituli.

Ad a. 38. Δημήτριος, ignotus adhuc. Nam archon Demetrius in tit. Philist. I, post pag. 56, 2 huc non cadit, sed paullo est vetustior. — In C. I. 195 extat ἐπὶ ἄρχοντος Αὐρ. Δημ......, at supplementum est incertum. — Apud Beulé l. l. pag. 174, 202, 225, 249, saepius.

Ad a. 39. Δημοχάρης. Archon Demochares conparet etiam apud Rhusopulum (κατάλογος τῶν ἐν Ἀθήναις γενομένων ἀρχόντων) in eius libro »ἐγχειρίδιον τῆς ἑλληνικῆς ἀρχαιολογίας,« Ἀθην. 1861, p. 169 sqq. Sed unde eruerit ignoro, cum illius libri inspiciendi copia mihi non facta sit. — Apud Beulé p. 291, 346.

Ad a. 41. 42. 43. Cf. supra ad a. 21.

Ad a. 44. Supplendum Πυθαγ[όρ]ας.

Ad a. 45. Ἀντίπατρος. cf. supra. Ab hoc archonte, qui ex Phlegonte innotuit, meo iudicio non diversus est Antipater archon titulorum qui sunt in C. I. 282, Philist. IV, 73, 1, Hallisch. Litt. Z. 1844 Dec. pag. 651. Atque Boeckhium quidem litterarum formae et sollennium Germaniceorum mentio conmoverunt ut titulum C. I. 282 Caracalla non antiquiorem esse censeret. Secutus est eam sententiam Meierus in Comm. epigr. pag. 80. Sed de illius temporis scriptura videas quae pag. 40 diximus. Germanicea autem, docente titulo Philist. III, 350, certo iam anno 111 sub archonte

Hadriano ab ephebis celebrabantur atque, ut pag. 68 veri simile effecimus, in Claudii honorem sunt instituta. Infringuntur ergo illa argumenta. Quamquam vel omissis his ne in Hadriani quidem aetatem detrudi possunt illi tituli certas ob causas. Etenim inde fere ab Hadriani aetate ephebicorum titulorum, catalogorum potissimum, nova est forma atque habitus. Tum enim ephebi non amplius, publicis quidem in titulus, vocantur *φίλοι, γοργοί, γνήσιοι, σύστασαι*; semper distinguitur adcurate inter Athenienses et peregrinos ephebos; ipsi Athenienses ephebi *per tribus dispositi* recensentur, aut hoc si non fit, certe secum habent demotica. Quae omnia in eis titulis qui in quaestione sunt plane aliter se habent. Denique etiam praescriptorum formulae prorsus sunt aliae (cf. pag. 41). Quid multa? tituli illi omni ex parte congruunt cum ceteris ex Claudii aetate extantibus catalogis, neque quidquam in eis deprehendi potest quod repugnet aliudve suadeat. Itaque dubium esse nequit quin archon Antipater illorum titulorum idem sit atque is de quo hic agitur, anni 45 p. Chr.

Ad a. 46. Pitt. *Πολυανος*; haut dubie fuit *Πολύαινος*.

Ad a. 47. *Ζήνων*. Huc refero C. I. 2287 (Deli Atticae tit.): »*ἐν τῷ ἐπὶ Ζήνωνος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*«; et Philist. III, 359, 3: »*ἐν τῷ ἐπὶ Ζή(νων)ος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*«.

Ad a. 48. *Λεωνίδης*. — Apud Beulé p. 256.

Ad a. 49. *Δ)ε(ιν)όφιλος*. Phlegon. c. 22.

Ad a. 50. 51 perierunt nomina.

Ad a. 52. [*Διονυσόδωρος*], cf. supra; Phlegon c. 7. C. I. 267. 482.

Ad a. 53. *Μ(ητρόδωρος)*, cf. supra. C. I. 266. Certo diversus ab hoc est archon Metrodorus in tit. Philist. III, 60, 1: *ἐπὶ ἄρχοντος Φο(υρ)ίου Μητροδώρου Σουνιέως*. Hic, docente paedotriba, circ. a. 115 archon fuit. Idem restituendus est etiam apud Pittakisium l'anc. Ath. pag. 52, ubi sic conpleri velim,

Ἀγαθῇ τύχῃ
Ἐπὶ ἄρχοντος [Φου]
ρίου Μη[τροδώρου Σουν]
ιέ[ως] οἱ πρυτάνε[ι]ς τῆς Αἰαντ-
ίδος φυλῆς . . . . τῆς
πρυτανείας [τειμήσαντες] (?) *ἀνέστησαν*
ἑαυτοὺς

Ad a. 54. Extat *Χαρι* . . . . . . Complementum incertum est.

Ad a. 55. *Καλλικρ(ατίδης).* Ephem. arch. no. 640 (cf. pag. 128). Apud Beulé l. l. pag. 248.

Ad a. 57. *(Κό)νων.* Phleg. c. 27.

Ad a. 58. *Θεμιστοκλῆς*; nunc demum innotuit. An in Ephem. arch. 18 supplendum: *(ἐπὶ Θεμιστοκλ)έους ἄρχοντος*? Litterarum ductus non inpugnat; praeterea ibi conmemoratur *ὁ ἐπιψηφίζων Δημοστρ . . . . υς,* quod ex Eph. arch. 145, ubi conparet *Σαλλουστιανὸς Δημοστράτου Φλυεύς,* supplendum sit in *Δημόστρ(ατος Φλυε)ύς.* Atqui Demostratus quidam ea aetate floruit; archon nimirum fuit a. 65 p. Chr. (Phleg. c. 23).

Ad a. 59. *Οἰνόφιλος.* — Apud Beulé pag. 198, 329.

Ad a. 60. *Βόηθος,* de quo aliunde non constat.

Ad a. 61. *Θράσυλλος* nomen rescribendum ex Phlegonte c. 20. Non diversus ab hoc est is qui in Philist. IV, 332, 1 invenitur, ubi legitur: *ἐπὶ Θρασύλλου ἄρχοντος καὶ ἱερέως Δρούσου ὑπάτου.* Superscriptum quidem est titulo: *Ἀγαθῇ τύχῃ Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ νείκης*; unde Cumanudes, qui edidit tit., permotus sub Claudio imperatore titulum conpositum esse statuit; secutus est Westermannus in libro »Pauly, Realencycl.« I, 2 edit. II pag. 1479. Sed errant viri docti, quod ipsi intellexissent, si adcuratius titulum inspexissent. Legitur enim ibi vs. 3: *στρατηγοῦντος καὶ ἀρχιερέως Νέρωνος Κλαυδίου Καίσαρος Γρεμανικοῦ*; itaque etiam vs. 1 intellegendus est de Nerone Claudio, non de Tiberio Claudio imperatore.

XIX.

AD TIT. APUD PITTAK. L'ANC. ATH. PAG. 493.

Apud Pittak. »l'anc. Athènes« pag. 493 extat mancus titulus, quem C. Keilius in Mus. Rhen. XVIII pag. 57 sqq. iterum edidit ex Mustoxydis schedis, paullo integriorem. Ibi vs. 1. 2. legitur

'Αγαθῇ τύχῃ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος Κ . . . .

Ἄλκωνος ἄρχοντος καὶ ἱερέως Δρούσ[ου ὑπάτου . . . . .

Atque hoc de archonte pauca disseram. Agitur in illo titulo de Nicanore quodam, quem non post a. 117 p. Chr. floruisse Keilius pro certo statuit. De ea re nihil est dubitandum. Ipsum autem archontem Alconem (aut Laconem, nam sic quoque legi potest in titulo) poni vult in Augusti aetate. At vs. 7 conmemoratur *ἀγωνοθέτης Σεβαστῶν ἀ[γώνων]*. Haec autem sollennia a. 53 p. Chr. demum instituta esse — quo nimirum anno *ἀγωνοθέτης πρώτος τῶν Σεβαστῶν ἀγώνον* conpareat — supra pag. 50, 51 demonstravimus. Itaque Keilii sententia retineri non poterit. Sed quam ad aetatem spectat archon? Summi in hac re momenti est quod vs. 1 legitur

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΚ.....

Cum de Tiberio Claudio cogitare non liceat cumque annus esse debeat ante a. 117 p. Chr., nihil aliud suppleri potest nisi: . . . . *Σεβαστοῦ Καίσαρος Κ[λ α υ δ. Νέ ρ ω ν ο ς.* Obtinuit hic imperium inde ab a. 54—68 p. Chr. Anni autem 54—61, 65 non vacant. Proinde archon ille *Ἄλκων* aut *Λάκων* archon fuerit oportet aut intra annos 62—64, aut intra a. 66—68 p. Chr. Tum ergo temporis vivebat ille Nicanor, qui in titulo praedicatur *νέος Ὅμηρος καὶ νέος Θεμιστοκλῆς*, et Salaminem insulam, quae tum non Atheniensium erat, suis sumptibus emptam his donavit. Iure enim meritoque Keilius locum Dion. Chrysost. or. 31 v. I p. 627 p. 399 Emp. retulit ad Nicanorem illius tituli.

XX.

PAEDOTRIBARUM SERIES.

Satis ex hisce commentationibus perspectum est quantum conferant ad chronologiam imperatorum aetatis constituendam, potissimum ad archontum annos definiendos, paedotribae in ephebicis titulis conmemorati, ii inprimis qui aut plures per annos aut per vitae tempus munere funguntur. Itaque haut inutile esse ratus adcurate, quantum fieri potuit, confectam et annis dispositam paedotribarum seriem ex imperatorum aetate hic exhibebo, archontibus cosmetisque adscriptis. Omitto, cum parum de eorum aetate constet, *Φίλιον Διοκλέους Φρεάρριον* (C. I. 255 Ephem. arch. 1384. Pittak. l'anc. Ath. pag. 466 *Ἐπιγραφ. ἀνέκδ.* 1860, *φυλλάδιον ά* no. 14), *Φίλιον Φιλίου νεώτερον Φρεάρριον* et *Ἀπολλωνίδην Φρεάρριον* (Philist. II, 187).

Θηβαγένης καὶ Θεόδωρος οἱ Ἰρηναίου Ἕρμειοι

41 p. Chr. (?) | *Corp. Inscr. 265.*
Archon. *βασιλεὺς Ῥοιμητάλκας*
Cosmeta deest.
De anno conferas, quae pag. 141 diximus.

Διότιμος.

43. | primum annum. } tituli
44. | secundum a. } desunt
45. | tertium a.
Corp. Inscr. 282. Philistor. IV, 73.
Arch. *Ἀντίπατρος*
Cosm. *Κλέων Μενεσθέως.*

Διόδοτος ὁ Ἀντ...... Κρωπίδης

53. | *Corp. Inscr. 266.*
Arch. *Μητρόδωρος*
Cosm. *Διονυσόδωρος*) *Φλυεύς*

Πάμφιλος. *Ephem. arch. 640.*

55. | Arch. *Καλλικρατίδης*
Cosm. *Νικοσθένης.*

Ἀρίστων Ἀφροδισίου Ῥαμνούσιος

61. | *Philistor, IV, 332.*
Arch. *Θράσυλλος*
Cosm. *Ἐπίκτητος Ἐπικτήτου Εὐπυρίδης*

Ἀπολλώνιος ὁ τέρτιος Παιανιεύς

circa a. 70—80 | *Philistor I, 428.*
Arch. *Αἰολίων.*
Cosm. *Δημήτριος Σφήττιος*
Ex coniectura huc posui. Nomen *Αἰολίων* cum admodum raro occurrat, immo adeo raro ut hoc loco excepto solum in tit. C. I. 266 (anno 53 scripto) inveniatur, suspicor eum qui ibi inter ephebos recensetur (*Αἰολίων Ἀντιπάτρου Φλυεύς*) non diversum esse ab hoc archonte. Quod si verum sit, fere 20 annos interectos esse oporteat.

[*Ζῆθος.* *Corp. Inscr. 287.*

? | Arch. *Λούκιος*
Cosm. *Ἀντίοχος*
Lapis si revera est Attica origine, quod adhuc dubito, nullam in aetatem potest incidere nisi in eam quae praecessit paedotribis Demetrio Isigenis fil. et Aristoni Aphrodisii fil. Tituli habitus indicat aetatem quae fuit ante Hadrianum.

Iam quinquaginta fere annorum spatium titulis, qui quidem ad ephebos spectent, vacat, itaque satis amplus paedotribarum numerus desideratur.

Proxime secuntur

{ Δημήτριος Ἰσιγένους Ῥαμνούσιος et
{ Ἀρίστων Ἀφροδεισίου Ῥαμνούσιος

111. *Philistor III, 350, 1.*
Arch. Πόπλιος Αἴλιος Ἀδριανός
Cosm. Δωσίθεος Ἡρακλείδου Παμβωτάδης.
Hic Ariston nepos videtur esse illius qui a. 61 eodem munere functus est. Iidem paedotribae aut una aut alter solus redeunt in pluribus titulis. — Cum hic inter παιδευτάς sit κεστροφύλαξ Σύντροφος Μιλήσιος, qui idem redit in C. I. 268, adducimur ut eum titulum (C. I. 268) proxime abesse velimus.

112 (?) *Corp. Inscr. 268. (iidem paedotribae una).*
Arch. Δείδιος Σεκούνδου Σφήττιος
Cosm. Ἀρχικλῆς) Λακκιάδης.

116. *Philistor IV, 458. (solus Demetrius).*
Arch. Φλάβιος Μακρῖνος Ἀχαρνεύς.
Cosm. Μενεκράτης) Εὐπυρίδης.

? *Philistor III, 60, 1. (solus Demetrius).*
Arch. Φο(ύρ)ιος Μητρόδωρος Σουνιεύς
Cosm. Ἡλιόδωρος) Πειραιεύς.

circa a. 120—125. *Corp. Inscr. 270 (solus Ariston)*
Arch. Γ. Ἰούλιος Κάσιος Στειριεύς
Cosm. Ὦλος Πόντιος Νυμφόδοτος Ἀζηνιεύς.
De anno cf. pag. 19. — Proxime, uno vel perpaucis annis, abest (docente cestrophylace Pythico qui in utroque titulo) tit. Corp. Inscr. 269.

circa a. 120—125. *Corp. Inscr. 269 (solus Ariston,* iam »διὰ βίου«)
Arch. Λεύκιος Οὐιβούλλιος Ἵππαρχος
Cosm. Εὐκράτης Ἑρμίου Φυλάσιος.

Iam decem fere anni ephebicis titulis vacant, sed iidem paedotribae, aut ambo una aut alter solus, sine dubio per eos annos in munere erant.

135. *Philistor I, 381. (III, 63) (Demetrius solus)*
Arch. *Τιβ. Κλαύδιος Ἡρώδης Μαραθώνιος*
Cosm. *Διονύσιος Μαραθώνιος.*
Titulus tribus annis post eum annum quo imperator Hadrianus Athenas venerat est conpositus; ex Corsini (F. A. II. p. 106 sqq.) calculis efficitur a. 135.

Idem Demetrius usque ad a. 138 p. Chr. in munere videtur fuisse. Qui abhinc secuntur paedotribae usque sunt perpetui. Quorum primus est

Ἀβάσκαντος Εὐμόλπου Κηφισιεύς

ab anno 138 usque ad a. 172. — De singulis Abascanti annis cf. supra pag. 15 sqq.

Λεύκιος ὁ καὶ Μάρκος Μαραθώνιος

[173. primum annum in munere est;
[174. secundum ——————;
175. tertium ——————:
Philistor IV, 168, 2.
fortasse Arch. *Βιήσιος Πείσων Μελιτεύς*
usque ad Cosm. *Αὐρ. Φίλων Πειραιεύς*
a. 181. De anno cf. pag. 26. — Quamdiu in munere fuerit statui non potest; sed certo non ultra a. 181, ut docui pag. 27.

Ἐπίκτητος Φιλέρωτος Σφήττιος

[181 (?) primum annum fungitur]
190 (?) decimum a. ——————:
Corp. Inscr. 276.
Arch. *Φιλότειμος Ἀρχεσιδήμου Ἐλεούσιος*
Cosm. *Μάρκος Ἰούλιος Ζήνων Μαραθώνιος.*
De anno cf. pag. 118.
192 ultimum annum in munere:
Philistor IV, 272.
Arch. *Τιβ. Κλ. Βραδούας Ἀττικός*
Cosm. *Ἀλέξανδρος Μαραθώνιος*
De anno cf. pag. 120.

Huius in locum successit eodem anno

Νικόστρατος Ἱλάρου Παλληνεύς

[192. | munus subit Epicteto mortuo. cf. pag. 120.

193 (?) | *Corp. Inscr. 274 Eph. arch. nov. no. 199.* cf. tab. II.

Arch. *Γάϊος Ἑλβίδιος Σεκοῦνδος Παλληνεύς*

Cosm. periit in lapide.

De tempore cf. pag. 77.

? | *Corp. Inscr. 286.* De anno nihil constat. —

Archon } desunt in titulo.
Cosmeta }

Quam diu functus sit diiudicare non possum. Sed successit

Τελέσφορος Μενεκράτους Φιλαΐδης

circ. a. 208 | *Philistor III, 277, 1.*

Arch. *Ἀπολλώνιος Στειριεύς*

Cosm. *Ἐλευσείνιος Μακάρεως*

De tempore cf. pag. 88, 89.

210 | *Philistor, I, 518, 6.*

Arch. *Γάϊος Κύϊντος Ἵμερτος Μαραθώνιος*

Cosm. *Τρύφων Θεοφίλου Ὑβάδης.*

De tempore cf. pag. 87.

211. | *Ephem. arch. 2831.*

Ἀναρχία.

Cosmet. *Εἰρήναιος) Μαραθώνιος.*

De tempore cf. pag. 87.

? | *Philistor III, 553,* 2.

Arch. *Αὐρ. Διονύσιος) Ἀχαρνεύς*

Cosm. *Αὐρ. Δωσίθεος ὁ καὶ Θαλῆς Δωσιθέου Παμβωτάδης.*

? | *Philistor III, 356.* }
? | *Philistor III, 451.* } ?
? | *Philistor IV, 547,* 2 }

Telesphori nomen in hisce titulis non superest, at ceteri gymnasii magistratus qui ibi conparent videntur indicare hunc paedotribam.

Quam diu Telesphorus munus administraverit non liquet. Post eum subiit munus

Σεραπίων ὁ καὶ Κράτων Παιανιεύς

qui num nullis annis interiectis secutus sit Telesphorum statui non potest; certe secutus est illum.

232 (?)	*Philistor IV, 559, 1.* Nomen Cratonis paedotribae in manco titulo non superest; sed ceteri extantes magistratus spectant ad huius aetatem. De anno postea.
241 (?)	*Philistor IV, 168, 3.* Arch. *ἱερεὺς Φλάβιος Ἀσκληπιάδης* Cosm. *Μ. Αὐρ. Κάλλιππος Λαμπτρεύς.* De anno postea.
?	*Philistor IV, 344, 4.* Arch. *Αὐρ. Λαυδικιανός* Cosm. *Τιβέριος Μέστριος* . . . .
intra annos 247—250.	*Philistor II, 428.* Arch. *Φλάβ. Φιλόστρατος* Cosm. *Καλπούρνιος Πρόκλος Ἕρμειος* De tempore cf. pag. 95.

In Philist. IV, 168, 3 conmemorantur sollennia *Γορδιάνεια.* Gordiani fuerunt tres. Quorum Gordianus I, II eodem quo imperium obtinuerant anno sunt interfecti, a. 237. Itaque de his non est cogitandum, sed potius de Gordiano III, qui in imperio erat 241—244. Atque veri dissimile est post hunc interfectum amplius celebrata esse ea sollennia. Itaque intra annos 241—244 titulus Philist. IV, 168, 3 conpositus esse videtur. Eo in titulo *διδάσκαλος Παλαμήδης* nonum annum in munere est. Proinde annus quo primo munus subiit incidit intra a. 232—235. Idem *διδάσκαλος* redit in Philist. IV, 344, 4, et IV, 559, 1: non multum ergo inter se distant hi tituli. Iam vero in Phil. IV, 559, 1 *ὑποζάκορος* est Epictetus; contra in Phil. II, 428, titulo intra annos 247—250 scripto (cf. pag. 95), alius est *ὑποζάκορος,* scl. *Εὐτυχίδης Ἀθμονεύς,* et is quidem 18um annum in munere esse ibi dicitur. Subiit ergo munus intra annos 229—232. Itaque ille Epictetus, utqui ante Eutychidem *ὑποζάκορος* fuerit, non post a. 232 in munere fuisse

potest. Atqui cum eodem in tit. (Phil. IV, 559, 1) conpareat *διδάσκαλος Παλαμήδης*, quem intra annos 232—235 munus subiisse supra indicavi, necessarie efficitur ut titulus Phil. IV, 559, 1 incidat in annum 232, atque ob hoc ipsum tit. Phil. IV, 168, 3 cadat oportet in a. 241. — Denique annum tituli Phil. IV, 344, 4 pro certo statuere non possum; sed magistratus qui in titulo conmemorantur docent non multum eum abesse a titulis Phil. IV, 168, 3. IV, 559, 1.

Ceterum ii de quibus modo dixi tituli sunt omnium recentissimi in quibus mentio fit epheborum.

XXI.

INDEX ARCHONTUM.

Cum ex commentatione XVIII tot primum innotuerint eponymi Athenis archontes imperatorum aetatis, cumque multi alii, quamvis iam noti, nunc demum in commentationibus nostris ad suos annos aut ad suam aetatem sint revocati, cum denique vel in recentissime confecto archontum catalogo (apud Westermannum in libro »Pauly, Realencycl.« I, 2. edit II; pag. 1477—1481.) conplura nomina aut plane omissa — quamvis iam innotuissent — aut inmerito recepta aut denique eadem bis terve, quasi diversa, recensita inveniantur, visum est operae pretium iustum archontum imperatorum aetatis catalogum hic conficere cum auctum tum emendatum.

»Africanus (ap. Euseb. Chron. p. 47) ab Creonte primo annuorum archontum ad Philinum sive ad Olymp. 249, 4 usque, quo quidem anno Gratus Sabinianus et Seleucos consules fuerint, nongentos tres archontas fuisse scribit: *ἀφ' οὗ ἐπὶ τὴν διακοσιοστὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα ἄρχοντες ἐνναχόσιοι καὶ τρεῖς μέχρι Φιλίνου, καθ' ὃν ὑπάτευον Ῥωμαίων Γρᾶτος Σαβινιανός καὶ Σέλευχος.* Hi autem consules cum imperio fuerunt p. Chr. 221.« (M. H. E. Meierus in comm. epigr. II.). Inde credibile esse censet Meierus ab Atheniensibus ultra illum annum archontas eponymos aut omnino non amplius fuisse aut extra ordinem tantum; »alioquin non apparet, cur ei potissimum anno illam notam adscripserit Africanus.« Quae sententia nunc quidem non potest retineri, cum conplures in titulis postea inventi sint qui ultra illum annum archontes eponymi fuerunt. Quod vero illi potissimum anno Africanus eam notam adscripsit nulla alia de causa factum esse suspicor, nisi quia illo fortasse anno (221 p. Chr.) opus suum (*πεντάβιβλον χρονολογικόν*) conposuerit, itaque ultra eum annum illa de archontibus nota pertinere non potuerit. Haec explicatio prima se offert.

Iam vero expungenda erunt ex indice haec nomina:

1) *Στράτων Καλλικράτους Αἰξωνεύς.* cf. pag. 132.

2) *Ἀναξαγόρας Ἀναξαγόρου Μελιτεύς,* cf. pag. 104.

3) Neque tres inter se diversi Antipatri sunt recensendi, sed unus. Nam qui sub 2) et sub 3) apud Westermannum conparent non diversi sunt ab no. 1. cf. pag. 144, 145 (ad. a. 45).

4) Item minus recte bis recensetur apud Westerm. *Ἀπολλώνιος*; cf. pag. 88.

5) Item non duo inter se diversi archontes nomine *Θράσυλλος* indici inscribendi sunt, sed unus; cf. pag. 145.

Denique desiderantur apud Westerm. l. l., quamvis ex titulis iam innotuerint, hi: 1) *Ἀραβιανός,* 2) *Ἡγείας Τειμοκράτους,* 3) *Ποπίλλιος Θεότιμος Σουνιεύς,* 4) *Σύλλας,* 5) *Αὐρ. Σωκράτης*; de quibus vid. indicem nostrum, ubi ea nomina notavi asterisco (*).

Quibus in indice adieci signum † nunc primum ex commentat. XVIII innotuerunt. Omisi eos quos *imperatorum aetate* archontes eponymos fuisse parum constat. Si tamen certis de causis recepi, interrogationis signum (?) adposui.

INDEX

ARCHONTUM EPONYMORUM QUI IMPERATORUM AETATE EO MUNERE APUD ATHENIENSES FUNCTI SUNT.

Ἀναρχία; anni quibus Athenae archonte carebant sunt 28 p. Chr. (cf. pag. 142), 83 (Phleg. mir. c. 24.) 168, 171 (cf. pag. 18) 211 (cf. pag. 87). —

? *Ἀπόληξις Φιλοκράτους ἐξ Οἴου*; Philist. II, 187. Si quidem cadit in imperatorum aetatem, certo in priora tempora. Idem homo inter prytanes conparet in tit. Ephem. arch. 516; sed ne huius quidem inscriptionis aetas constat.

Γ. Ἰούλιος Κασιανὸς Ἀπολλώνιος Στειριεύς, circ. a. 208 p. Chr. (cf. pag. 88, 89.) Philist. III, 277. — Philostrat. vit. sophist. II, 20. Non cadit huc C. I. 272 A, — id quod voluerunt Meierus l. l. et Westermannus l. l.; quamvis enim ibi recenseatur *ἄρχων Γ. Ἰούλιος Κασιανὸς Ἀπολλώνιος Στειριεύς*, non est tamen politicus sed ephebicus. Cf. pag. 41.

Ἀρεῖος Δωρίωνος Παιανιεύς, primo imperatorum tempore. C. I. 478 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 277), Rossius, de dem. Att. pag. 26 no. 6 (= Ephem. arch. 186 = A. Litt. Z. 1838 n. 196).

? *Ἀριστόξενος*, si omnino in imperatorum aetatem, certo in primos annos incidit. C. I. 255 (= Eph. arch. 1384. Pittak. l'anc. Ath. pag. 466). *Ἐπιγρ. ἀνέκδ.* I, n. 14.

Ἀραβιανὸς (?) *Μαραθώνιος*, a. 209 p. Chr. (cf. pag. 88). Ephem. arch. 3831. — *Ἀθηνᾶ* 29 Octob. 1860.

Φλ. Ἀρριανὸς Παιανιεύς, a. 147 p. Chr. (cf. pag. 16. 97). Ephem. arch. 2235.

Φλ. Ἀσκληπιάδης, a. 241 (?) p. Chr. (cf. pag. 153.) Philist. IV, 168, 3.

Τιβ. Κλ. Ἄτταλος Σφήττιος, Hadriani aetate (?) C. I. 274; 274[b]. pag. 910. — Ephem. arch. 428, et *περ.* B. no. 244. Boeckhium (ad C. I. 274[b]) moverunt Germanicea, ibi conmemorata, ut Caracallae aetate titulum conpositum esse vellet; quod argumentum non amplius valet; (cf. pag. 67).

† *Βόηθος*, 60 p. Chr. cf. comm. XVIII pag. 146.

Τιβ. Κλαύδ. Βραδούας Ἀττικὸς Μαραθώνιος, 192 p. Chr. (cf. pag. 120). Philist. IV, 272. C. I. 246 (cf. comment. XV.)

Γαλλιηνός, circ. a. 260 p. Chr. Trebell. Poll. Gall. 11. Meier, com. epigr. pag. 75. 82.

Αἴλ. Γέλως Φαληρεύς, 164 p. Chr. (?) cf. pag. 18, 24. — Philist. III, 444, 1.

Δεινόφιλος, 49 p. Chr. Phleg. de mir. c. 22. (cf. pag. 136.)

Πόπλιος Ἐρέννιος Δέξιππος Πτολεμαίου Ἕρμειος, circ. a. 270 p. Chr. C. I. 380. — Ephem. arch. 559. cf. Meier, comm. epigr. pag. 75. 82.

† *Δημήτριος*, 38 p. Chr.; cf. pag. 195.

Δημόστρατος, 1) 65 p. Chr. Phlegon. de mir. c. 23 — 2) *Δ. Μαραθώνιος* circ. a. 172 p. Chr. (cf. pag. 25). C. I. 184.

† *Δημοχάρης*, 39 p. Chr. (cf. pag. 195). In archontum indice apud Rhusopulum.

Φλάβιος Διογένης Μαραθώνιος, 198 p. Chr. C. I. 353. (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 513).

† *Διόδωρος*, 35 p. Chr. cf. pag. 138.

Διονύσιος, 1) *Δ. ὁ μετὰ Λυκίσκον* 15 p. Chr. C. I. 2296. cf. pag. 138.
2) *Διονύσιος*, Hadriani fere aetate; Ephem. arch. 4035. (cf. Keil. de Herode Attico in »Pauly, Realencycl.« I, 2. edit. II pag. 2103).
3) *Αὐρ. Διονύσιος Καλλίππου Λαμπτρεύς*, C. I. 189, Antoninorum aetate (?).
4) *Αὐρ Διονύσιος τοῦ Διονυσίου Ἀχαρνεύς*, Septimii Severi aetate. Philistor III, 553.

Διονυσόδωρος, 52 p. Chr. Phleg. mir. c. 7. (Cf. pag. 138). C. I. 267. 482.

† *Διότιμος*, 17 p. Chr. cf. pag. 138.

Δομετιανός, intra annos 81—96 p. Chr. (excepto anno 83; eo enim anno erat *ἀναρχία*, cf. Phleg. mir. c. 24). Philostrat. vit. Apollon. 8, 16.

Ἐπικράτης, in priora imperatorum tempora incidit meo iudicio. Ephem. arch. 3661. Arch. Ztg. 1860, Anzg. pag. 109. *Ἐπιγρ. ἑλλην.* I, n. 34.

Μάρκος Οὔλπιος Εὐβίοτος Γαργήττιος; Westerman. l. l. scribit *Εὐβίωτος*, sed in omnibus titulis audit *Εὐβίοτος*. C. I. 378. Philolog. XIX pag. 360. Suppl. II p. 629. Ephem. arch. nov. no. 105 (= Philist. III, 364 n. 21). Idem denique homo comparet etiam in Ephem. arch. 391; Philist. I p. 199, no. 12. Boeckhius ad tit. C. I 378 suspicatur scriptum esse titulum

Hadriani aetate, quia magnae Athenis annonae inopiae in eo mentio fiat, quali Hadriani tempore Athenienses laborasse constet ex Philostr. vit. soph. I, 23, 1. Sed fortasse aliter statuendum. Is enim qui titulum C. I. 378 posuit *Π. Αἴλιος Ζήνων Βερενεικίδης* redit ut ephebus in tit. Philist. I, 518, 6. vs. 27. 69, anno 210, (cf. pag. 87). Itaque nescio an circa hanc aetatem ille Eubiotus floruerit.

Ζήνων, 47 p. Chr.; cf. pag. 138. Philistor III, 359, 3.

* *Ἡγείας Τειμοκράτους*; Ephem. arch. 2256. Vix ante Hadrianum, si ex litteratura licet colligere. Etiam apud Beulé l. l. in nummo pag. 216 conparet *Ἡγίας*.

Κλ. Ἡρακλείδης Μελιτεύς, 169 (?) p. Chr.; cf. supra pag. 18 C. I. 273. Cf. Annali dell' instit. arch. 1849, p. 162.

Τιβ. Κλαύδιος Ἀττικὸς Ἡρώδης Μαραθώνιος, 135 p. Chr. si quidem is annus quo Hadrianus imperator Athenas venerat revera, id quod ex Corsini calculis efficitur (F. A. p. 106 sqq.), incidit in a. 132 p. Chr. — Phil. I, 381. III, 63. — Philostr. vit. soph. 2, 1, 5. — Ephem. arch. nov. no. 181 *Ἐπιγρ. ἀνέκδ.* 14. Philolog. suppl. II p. 592—596. Cf. etiam Keil, de Herode Attico in »Pauly, Realencycl.« I, 2. edit. II. pag. 2097. Meier, com. epigr. pag. 85.

† *Θεμιστοκλῆς* 58 p. Chr. cf. pag. 138.

† *Θεοδωρίδης* 16 p. Chr. cf. pag. 138.

* *Ποπίλλιος Θεότιμος Σουνιεύς* 157 p. Chr. (cf. pag. 17). Philist. IV, 280.

? *Θέων*, incerta aetate. C. I. 254.

Θράσυλλος 61 p. Chr. Phleg. c. 20. Philistor IV, 332. Cf. supra pag. 138.

† *Ἰάσων*, 1) 18 p. Chr. cf. pag. 138.

2) *Ἰ. ὁ μετὰ Πολύκλειτον*, 42 (?) p. Chr. (cf. pag. 138 142). Ephem. arch. 1457.

Γ. Κύϊντος Ἵμερτος Μαραθώνιος 210 p. Chr. (cf. pag. 87); Philist. I, 518. Ephem. arch. 3831, 3830, 2831 (cf. pag 86 sqq.).

Λεύκιος Οὐιβούλλιος Ἵππαρχος Μαραθώνιος, circ. a. 120-125. (Cf. pag. 150). C. I. 269. 376. Ephem. arch. 1386. Meier, com. epigr. p. 85. Mus. Rhen. XVIII p. 66.

† Ἰσιγένης, 20 p. Chr. cf. pag. 138.

Καλλικρατίδης, 55 p. Chr. cf. pag. 138. Ephem. arch. 640.

Καλλίφρων, 1) Κ. ὁ πρεσβύτερος, Septimii Severi aetate. C. I. 395 (= Ephem. arch. 907). Tempus inde efficitur quod is qui in C. I. 395 titulum ponit, Διονύσιος Νεικοστράτου Φαληρεύς, idem Septimii Severi aetate conparet ut ὁπλομάχος in titulis Philist. III, 553, III, 451, I, 518, III, 356.

2) Μαρ. Αὐρ. Καλλίφρων ὁ καὶ Φροντεῖνος Γαργήττιος, apud Rossium de dem. p. 65 no. 65 (= Pittak. l'anc. Ath. pag. 479). Aetas incerta.

Καπίτων, circ. a. 132 (?). Philist. III, 285, 4. Annum vel dicam aetatem ex coniectura dedi. Suspicor enim illum archonta in Philist. tit. esse eundem qui in C. I. 342 inter legatos ad Hadrianum missos conparet a. 132 p. Chr. Ad eundem revoco etiam tit. Phil. III, 564: ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος Κόϊντον Πομπήϊον Κοΐντου υἱὸν Κολλείνᾳ Καπίτωνα ποιητὴν Περγαμηνόν, τὸν καὶ Ἀθηναῖον, ... παντὶ μέτρῳ καὶ ῥυθμῷ τὴν μεγαλοφυῆ τῆς ποιήσεως ἀρετὴν ἐπιδειξάμενον καιρικαῖς ἀπαγγελίαις, διά τε τὴν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι ὑπεροχὴν καὶ τὴν περὶ τὰ ἤθη σεμνότητα. Huius statua in Theatro iuxta Menandrum poetam posita erat. Magnis ergo inter Athenienses honoribus videtur floruisse; itaque veri haut dissimile non diversum eum esse ab archonte eiusdem nominis. Quod si verum est, aetas, qualem supra aliunde suspicatus sum, conprobatur senatus sexcentorum conmemoratione.

Γ. Ἰούλιος Κάσιος Στειριεύς, circ. a. 120 p. Chr. (cf. pag. 19). C. I. 270.

Κόνων, 57 p. Chr. (cf. pag. 138). Phlegon. mir. c. 27.

Κορνηλιανός, non ante M. Aurelium imperatorem. C. I. 394 (= Ephem. arch. 514 = Pittak. l'anc. Ath. pag. 111); cf. Mus. Rhen. XIX pag. 259 sqq.

Αὐρ. Λαυδικιανός, Gordianorum aetate. Philist. IV, 344, 4.

† Λεωνίδης, 48 p. Chr. cf. supra pag. 138.

Λούκιος, non ultra Traiani aetatem meo iudicio potest referri; C. I. 287.

† Λυκίσκος, 14 p. Chr.; cf. pag. 138.

Λυκομήδης, Antoninorum aetate. C. I. 263. Cf. pag. 27.

† *Λυσιάδης*, 1) 39 p. Chr. cf. pag. 138.

2) *Κλ. Λυσιάδης*, Commodi aut Severi aetate, Phil. III, 282, 2. Lénormant, inscript. gr. ined. no. 301 in Mus. Rhen. XXI, pag. 510 sqq. Cf. supra pag. 143, 144.

Φλ. Μακρεῖνος Ἀχαρνεύς, 116 p. Chr. Phleg. c. 9. Philist. IV, 458, 1.

Μ. Βαλέριος Μαμερτῖνος Μαραθώνιος, 167 (?) p. Chr. (cf. pag. 25). C. I. 190. 191.

Τίτος Κοπώνιος Μάξιμος Ἁγνούσιος, Hadriani aetate; Rossius, de dem. pag. VII. Ephem. arch. 727. Archaeol. Ztg. 1844, p. 247. Cf. etiam Ephem. arch. 3328 (vid. supra pag. 108).

Μέμμιος Ἐπὶ βωμῷ Θορίκιος, 163 p. Chr. cf. pag. 18. C. I. 272.

Μένανδρος, incerta aetate. Phil. I, 328, 11.

† *Μήδειος*, 25, 26, 27 p. Chr. Cf. pag. 138.

Μηνογένης (?), circ. a. 200 p. Chr. Cf. pag. 122. C. I. 246.

Μητρόδωρος, 1) 53 p. Chr. (Cf. pag. 138). C. I. 266.

2) *Φο(ύρ)ιος Μητρόδωρος Σουνιεύς*, Hadriani aetate, Philist. III, 61. Pittak. l'anc. Ath. pag. 52 (cf. pag. 145).

Μιθριδάτης, priore imperatorum aetate; C. I. 264. Ephem. arch. 3860. (Cf. pag. 143).

† *Ναυσίας*, 13 (?) p. Chr. (cf. pag. 139).

Νικαγόρας ὁ νεώτερος, »fortasse 485 p. Chr.« (Meier in com. epigr. pag. 88). Marin. vit. Procli. c. 36. cf. Corsin. F. A. IV, 200.

Νεικήτης; Ephem. arch. 328 (Rossius in Mus. Rhen. 1851 p. 126). Litteratura tituli satis refert imperatorum aetatem.

† *Νικίας*, 1) 19 p. Chr. Cf. pag. 138.

2) C. I. 477. *Νικίας Σαραπίωνος Ἀθμονεύς*. An ab illo non diversus?

Ξένων Μεννέου Φλυεύς. C. I. 181. Archon simul est sacerdos »Drusi consulis«; sed ex ea re, id quod Boeckhius eumque secutus Westermannus voluerunt, nullum temporis indicium efficitur. Hoc enim sacerdotium vel ad Antonini Pii aetatem usque perdurasse indicavi pag. 20, 21. Xenon eadem aetate qua archon Areios Dorionis fil. videtur floruisse. Etenim apud Ross. de dem. no. 187 est, *Φίλα Μεννέου Φλυέως θυγατὴρ Παμμένους Μαραθωνίου γυνή*. Phila soror fuerit Xenonis. Iam *Παμμένης Μαραθώνος* conparet in tit. C. I. 478, in quo ar-

chon est ille Ἄρειος Δωρίωνος Φλυεύς. Sed ne de huius quidem aetate constat.

† Οἰνόφιλος, 49 p. Chr. cf. pag. 138.

† Πάμφιλος, 56 p. Chr. cf. pag. 138.

Βιήσιος Πείσων Μελιτεύς, 175 p. Chr. (?), cf. pag. 27. — Philist. IV, 168, 2. C. I. 402.

Ποδόκιπος (?), Ross. de dem. no. 10. A. 20. Sed vid. pag. 142, ubi Πολύκλειτος scribendum esse probabile diximus, quem a. 42 adscribi velimus. (cf. ibidem.)

† Πολύαινος, 46 p. Chr. cf. pag. 138.

Πολύκλειτος, a. 42 (?) cf. s. v. Ποδόκιπος. Ephem. arch. nov. no. 169 (Πολύκλειτος Ἀλεξάνδρου Φλυεύς). Fortasse idem qui in Ephem. arch. vet. no. 1457 est: ἐπὶ Ἰάσωνος τοῦ μετὰ Πολύκλειτον ἄρχοντος.

Τινήιος Ποντικὸς Βησαιεύς, 170 p. Chr. (cf. pag. 18). Anno post est ἀναρχία. C. I. 192, 193. Philist. I, 523, 7.

Πραξαγόρας Μελιτεύς, 156 p. Chr. (cf. pag. 17). Philist. I, 384, 4. Ephem. arch. 3612. (= Mus. Rhen. XVIII pag. 64, 65); cf. supra comment. X pag. 145.

Γ. Πεινάριος Πρόκλος Ἁγνούσιος, Septimii Severi aetate (cf. pag. 88). Phil. IV, pag. 344, 2.

† Πυθαγόρας (?), 44 p. Chr. cf. pag. 138.

Ῥοιμητάλκας, 41 (?) p. Chr. (cf. pag. 141). Ross. de dem. no. 10. C. I. 265. Idem homo, licet non archon, conparet in Ephem. arch. 3884.

Πόπλιος Αἴλιος Οὐιβούλλιος Ῥοῦφος, 153 (?) p. Chr. (cf. pag. 17). Philist. IV, 265.

Κόϊντος Τρεβέλλιος Ῥοῦφος Λαμπτρεύς; aetas non constat, sed litteratura titt. Ephem. arch. 59. Philist. IV, pag. 83, 84 priorem imperatorum aetatem refert.

Σαλλουστια(νὸς Αἰο)λίωνος Φλυεύς, non ante Antoninum Pium; nam in tit. Ephem. arch. 344, ubi conmemoratur, iam quingentorum est senatus. Meier in com. epigr. p. 91 supplet Ἀπελ]λίωνος, item Westermannus; at Ἀπελλίων demo Φλυεύς non notus, contra Αἰολίων Φλυεύς, quod ipse dedi, innotuit ex C. I. 266, ideoque probabilius id rescribendum esse.

Σεκοῦνδος, 1) *Δείδιος Σεκοῦνδος Σφήττιος* 112 (?) p. Chr., cf. pag. 150. — C. I. 268.

2) *Γάϊος Ἐλβίδιος Σεκοῦνδος Παλληνεύς*, 193 p. Chr. (?) cf. pag. 77. (C. I. 274 Ephem. arch. nov. no. 199; vid. commentat. II, tabul. II). Ephem. arch. nov. no. 119.

Σέξτος Φαληρεύς, 166 p. Chr. (?) cf. pag. 24. — Ross. de dem. no. 29. (Philist. II, 268. cf. comment. VI).

Φλάβ. Στράτων, Ephem. arch. 862. Aetas non constat, sed certo post Hadrianum archon fuit.

* *Σύλλας*, circ. a. 145—150 p. Chr. (cf. pag. 113). — C. I. 246. Ephem. arch. nov. no. 107. Ephem. arch. vet. no. 2878.

Αὐρήλιος Σωκράτης, Antoninorum aetate, ut videtur. Ephem. arch. 2355. Cf. supra comment. XII.

Φλ. Σωσιγένης Παλληνεύς, circ. a. 185—190. (cf. pag. 124). C. I. 285. Phil. IV, 76, 2. = Ephem. arch. nov. no. 214. Eph. arch. vet. 3240 (cf. pag. 124).

Τιβ. Κλαύδ. Σῶσπις δᾳδοῦχος (Μελιτεύς), C. I. 423. Antonini Pii aetate, ut videtur. Ceterum cf. Meier, com. epigr. pag. 78. no. 15.

Ταυρίσκος, C. I. 126; circa Antoninorum aetatem auctore Boeckhio; fortasse anno 136, si quidem quod Schoemannus ad C. I. 126 vs. 39 coniecit, *ὁ ἐπὶ Ἡρώδου*, probatur.

Φαῖδρος Ζωΐλου; Philist. III, 461. Ephem. arch. nov. no. 164. cf. Archaeol. Ztg. 1862 Anz. p. 329. Cumanudes in secundum, Rhusopulus in tertium p. Chr. saeculum eum retrudi volunt.

† *Φιλάνθης*, 29 p. Chr. cf. pag. 138.

Πόπλιος Αἴλιος Φιλέας Μελιτεύς, Antoninorum aetate atque priore quidem. Philist. I, 516. Ephem. arch. nov. no. 186.

Τίτος Αὐρήλιος Φιλήμων Φιλαΐδης, 160 p. Chr. (cf. pag. 23). C. I. 271. 425. Eph. arch. 2596. 3233 (Cf. pag. 152).

Φιλῖνος, 221 p. Chr. African. ap. Euseb. Chron. pag. 47. Synkell. p. 212. Meier, comment. epigr. pag. 74. 92.

Φιλιστείδης Πειραιεύς, 1) 165 p. Chr. (cf. pag. 18). Philist. I, 384, 3. III, 444, 1.

2) *Φιλιστείδης Φιλιστείδου Πειραιεύς*, illius haut dubie filius, circa a. 210—220 (cf. pag. 58). Philist. III, 549.

Γ. Ἰούλιος Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς Φιλόπαππος Βησαιεύς, Phil. IV, 94, 5. Ephem. arch. nov. no. 211. (Cf. Boeckh. ad C. I. I p. 433). Tempus sic effici potest: In Philist. l. l. inter alios recensetur *Ἀρχικλῆς Λακκιάδης*. Idem vero homo in C. I. 268 circa a. 112 scripto titulo (cf. pag. 150) est cosmeta. Itaque inciderit tit. Phil. IV, 94, 5, in quo archon Philopappus exhibetur, in Traiani aut Hadriani aetatem. Neque diversus sit, meo iudicio, archon

Φιλόπαππος ὁ καὶ Αἰλιανός (?), in C. I. 200; nam in eo titulo conparet quidam *Β]ούλων Μοιραγένους Φυλάσιος*, qui idem in Philistoris titulo quem supra attuli sub archonte Epiphane Philopappo invenitur.

Λ. Φλάβιος Φιλόστρατος Στειριεύς, circ. a. 247—250 (cf. pag. 95). Philist. II, 428. Ephem. arch. 2321 (cf. pag. 94).

Λούκιος Φλαούιος Φλάμμας Κυδαθηναιεύς, aetate incerta. Ephem. arch. 3785. 3786. *Ἐπιγρ. ἑλλην.* I, 76, a.

Χαρ.....?, 54 p. Chr. cf. pag. 138.

XXII.

Ex titulis in Philistore publicatis multa nunc primum innotuerunt nomina propria, quorum cum quaedam, ut fors tulit, in lexica sint recepta, plurima adhuc in hisce desiderantur. Hinc moveor ut ea quibus lexica adhuc carent nomina ex illis titulis collecta hic recenseam; quibus ea adicio (* notata), quae recepta quidem iam fuerant in Papei lexicum, sed ex titulis tum ineditis, nunc editis. (Quibus *per.* addidi sunt peregrinorum, cetera omnia Atheniensium.)

Ἀγαθήτυχος Philistor IV, 344, 4.

Ἀγελιανός, per., III, 549.

Ἀγήσανδρος II, 428 (481); extat quidem apud Papeum, sed dubitatum num *atticum* sit nomen. Quamquam C. Keilius (in analect. epigr. pag. 134) ad Corp. Inscript. I, 184 iam pridem recte restituerat *Ἀγήσανδρος* pro *Ἁγνέανδρος*, idemque in C. I. 165 recte explesse videtur *Ἀγ]ήσανδρος*, cum Boeckhius supplesset *Στ]ήσανδρος*. Boeoticam formam *Ἁγείσανδρος* habes in C. I. n. 1637, p. 795b. p. 719b.

Ἀθήνεος = *Ἀθήναιος* II, 428. Omnino saepius posteriore imperatorum aetate in titulis scribitur **E** pro **AI**.

Ἀθηνιανός IV, 559, 3.

Αἰφίδιος, per., 522, 7 (*Αἰφίδιος Χρυσόγονος*), est praenomen.

Ἀκόλαστος, per., IV, 164, 1.

Ἀκοῦτος, IV, 164, 1,

Ἀλεξίκακος, per., IV, 272, 3.

Ἀλκηνστιανός II, 428.

Ἀμέθυστος I, 384, 4, III, 553, 2.

**Ἄμβροτος*, per., I, 522, 7.

**Ἄνβροτος* II, 184.

Ἀνδρόλαος, per., I, 96.

Ἀνέγκριτος, per., I, 522, 7.

Ἀνθεῖνος, IV, 168, 3.

Ἀνθοκλῆς, per., III, 350, 1.

Ἀντᾶς III, 549, 1.

Ἀντικίων, per., IV, 164, 1.

Ἀντῶνις per. I, 522, 7.

Ἀνφεωτίδης IV, 94, 5.

Ἀπατίων IV, 272, 3.

Ἀρείων IV, 332.

**Ἄρεστος* IV, 73, 1.

Ἀρητιανός IV, 559, 1.

Ἀρίμβας IV, 73, 1.

Ἀριστίππη, mulier, IV, 344, 5.

Ἀρχόλυχος per. I, 522, 7.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 3. lin. 31 *legas* Ἀντιοχίδος *pro* Ἀντιοχιδος.
— l. 32 *l.* Ἀντιοχίδο(ς) *p.* Ἄντιοχιδος.
p. 6. 22 *l.* catalogis *p.* catalalogis.
— 26 *l.* invenis *p.* iuvenis.
— 35 *l.* primus est *p.* primusest.
p. 7. 2 *l.* qui idem *p.* quiidem.
p. 10. 16 Broendsted *p.* Broensted.
p. 13. 24 *l.* ausim *p.* auserim.
p. 23. not. 1 *l.* iam *p.* jam.
p. 29. 4 *l.* adiungi *p.* adjungi.
p. 30. 19 *l.* Η *p.* Π̊.
p. 31. 2 litterae *p.* itterae.
— 18 coniunctus *p.* lconiunctus.
p. 32. 1 sententiam *p.* sen tentiam.
— 15 nonumquam *p.* nonnuquam.
p. 33. 18 *post* conmemorantur *dele comma.*
p. 38. not. l. 13, 14 *deletis parenthesis signis legas* τῷ Ἑρμῇ scl. ἀνέθηκεν, quod plerumque omittitur.
p. 40. 12 C. I. 287 *p.* C. I. 270.
p. 41. 26 C. Iulium etc. *p.* C. Julium.
— 29 30 Iulius *p.* Julius.
p. 46. 9 *υἱοί p. ὑιοί.*
p. 47. De demo Attico Antiochia cogitari non posse vel inde perspicitur quod feminina forma Ἀντιόχισσα usque invenitur in titulis, non ἐξ Ἀντιοχέων, quae formula in Atticis mulieribus usitata est ex more in demis recepto, veluti ἐκ Γαργηττίων, ἐκ Μελιτέων, ἐκ Πιτθέων, ἐκ Λαμπτρέων, ἐκ Κηφισιέων, ἐκ Κεραμέων, ἐκ Φυλασίων, etc. Idem cadit in Heracleotas et Milesios: mulieres Ἡρακλεώτιδες et Μιλήσιαι vocantur, non ἐξ Ἡρακλεωτῶν, ἐκ Μιλησίων.

Praeterea non retineo quae de colonia Attica Antiochia suspicatus sum. Quod Athenis et in Attica tam multi tituli, sepulcrales potissimum, reperti sunt quibus Antiochensium et Heracleotarum nomina continentur minus mirum videbitur, si reputaveris multas nominibus Heraclea et Antiochia urbes fuisse, ex quibus haut paucos inquilinos Athenas confluxisse sine dubitatione cum Boeckhio contenderim. Itaque non opus est ad propriam quandam illorum Athenis coloniam refugere. Denique ne Milesiorum quidem coloniam Athenis fuisse puto. Sed si consideraveris titulorum Athenis et in Attica repertorum in quibus Milesiorum nomina exhibentur numerum esse admodum ingentem, si deinde in rationem vocaveris usque fere ad Antoninorum tempora in ephebicis catalogis peregrinis ephebis semper superscriptum esse »*Μιλήσιοι*,« nescio an ab veri similitudine longius recedat suspicari aliquamdiu Athenis morem fuisse omnino omnes peregrinos communi nomine Milesiorum adpellare. Causam si quaeris ignoro.

p. 50. 30 et 33 cum *p.* quum.
p. 53. 18 εἶπον *p.* εἶπον.
— 21 εἶπεν *p.* εἶπεν.
p. 57 in fine. suspiciones *p.* suspitiones.
p. 58 in fine. Paenitet me quod scripsi: »Schoemannus (Gr. Antiq. I pag. 508) a Diogene statuario et architecto illo qui Augusti tempore vixit Diogeneion conditum esse vult.« Secutus sum Dittenbergerum, quem errasse oportet. Schoemannus enim (I, pag. 523, non pag. 508) nihil dicit, nisi: »das sogenannte Diogenische (Gymnasium), vielleicht nach seinem Stifter benannt, über den wir aber nichts angegeben finden.« Quod me nunc demum legisse doleo.
Ceterum data hac occasione adnoto illos titulos in quibus mentio fit Diogenis illius a quo Dittenbergerus illud gymnasium conditum esse censet, scl. titt. in Philistore I, post pag. 56, 1. 2. 3, a Schoemanno quoque ad primum a. Chr. saeculum referri. (Cf. Graec. Antiq. II pag. 513 not. 5 et pag. 552 not. ad pag. 147).
p. 63. n 5. vs. 2. τῶν *p.* των.
p. 64. 32 *post* observavit *comma omissum est.*
p. 66. 9 *TH** τῷ Ἡρακλεῖ etc.
p. 68. 19 Ἀθην]αίων *p.* Ἀθη]αίων.
p. 74. not. 2. tribubus *p.* tribu bus.
p. 76 ad vs. 62. Boeckhius scribit Λάϊος, sed versus non integer et nomen videtur esse truncatum.
p. 76 ad vs. 66. Boeckhius vult Ἕλως Ἕλωτος. Sed versus laesus est, neque integrum nomen contineri videtur litteris quae restant.
p. 84. 85. Quod scripsi duo tantum catalogorum ephebicorum genera fuisse minus recte se habere nunc quidem mihi videtur. Censeo nunc tertium quoque genus statuendum esse, nempe eorum catalogorum qui ipsius cosmetae iussu et sumptibus confecti in ipso gymnasio collocabantur. Sed tum demum a cosmeta hoc factum esse puto cum ephebi ipsi sponte suis inpensis catalogum conficiendum non curaverant. Hoc ex genere videtur esse tit. qui est in Philistore IV, 272, 3, de quo in comment. XV disserui.
p. 86. 6 Ipsum *p.* ipsum.
p. 89. 18. *Pro* praedicatum *legas* vocabulum; *itemque* pag. 90. 10.
p. 89. ad vs. 10. Quod ad μεγάλα Σεβήρεια attinet adsentior Dittenbergero l. l. pag. 73. 6. dicenti, »fortasse similiter atque in antiquioribus quibusdam sacris indicat semper certo quodam annorum numero interiecto maiore splendore haec sacra celebrata esse.«
p. 90. ad vs. 13 *legas* restituimus: ἐγυμνασιαρχήθη εἰς τὸν ἐνδεήσαντα (scl. χρόνον).
p. 90. ad vs. 16 κήρυξ *p.* κῆρυξ.
p. 93. ad vs. 9 *legas* fortasse autem in lapide superest I IIE, i. e. HIE etc.
p. 95. 34 ἀτελείᾳ *p.* ἀτελειᾳ.
p. 96. Non ignoro iam Bursianum egisse de tit. Ephem. arch. n. 2235 in »Berichte der Kgl. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1860 p. 225.« Sed huius libri inspiciendi non facta mihi est copia. Lego autem vs. 1 eum conplesse Κλ. Ἀρριανοῦ: minus recte.
p. 98. vs. 43. Ὑγεῖνος Πιστοκράτους Μαραθώνιος. Huius ephebi pater videtur esse Πιστοκράτης Ὑγείνου, qui in tit. C. I. 195 vs. 17 inter prytanes re-

peritur. Hoc si verum sit, inde quod ille ephebus vocatur *Μαραθώνιος* doceamur illum prytanum catalogum esse tribus **Aiantidis**; itaque ibi vs. 4. 5 supplendum sit *οἱ πρ[υτάνεις τῆς Αἰαν]τίδος φυλῆς*. Dolendum est quod archontis nomen in illo prytan. catalogo truncatum est. Restat enim vs. 1: *ἐπὶ ἄρχοντος (Αὐ)ρηλ(ί)ου Δημ.......*; conpleri potest *Δημ(ητρίου)*, *Δημ(οσθένους)*, aut simile quid. Sed qualecumque nomen fuit, certe is archon circ. a. 140—150 munere functus sit, si quidem de consanguinitate Hygini Pistocratis Marathonii et Pistocratis Hygini non perperam supra coniecerim. Proinde minus recte ad a. 38 illum tit. (C. I. 195) supra pag. 144 attuli.

p. 98. 26 *post* patris nomen *culpa typothetae omissum est* genetivo casu.

p. 101. vs. 12 *legas* ΑΠ]ΟΛΛ[Ω]ΝΙΟΥ *p.* ΑΠΟ]ΛΛ[Ω]ΝΙΟΥ.

p. 112. (vs. 2—3). Nomina ΚΑΛΛΙΝΙΚΟC et ΙΗCMOC possunt etiam ad mediam columnam (C. 1. 246) referri, ad vs. 5 et 6, si quidem nomen ΚΑΛΛΙΝΙΚΟC prave lectum esse censes pro ...ΜΑΝΙΚЄΙΑ, quae litterae ibi desiderantur. Itemque nomen ΙΗCMOC depravatum sit ex ..ΙΝΟЄΙΑ, quod vs. 6 requiritur. (Cf. pag. 114, 115).

p. 114. Inscriptionis, ex libro „l'anc. Ath.“ sumptae, pars inferior inde ab vs. 9 dextro lateri nimis admota est culpa typothetae.

p. 118. 35. **alius** festi *p.* aliud festi.

p. 119. not. 1. l. initio **ephebici** anni *p.* ephebiae anni.

p. 124. 31. [ΕΛ]ΕΟΥ[CΙΟC *p.* [ΕΛ]ΕΟΥ[ΙCOC

p. 125. 6. cum *p.* quum.

— 12. Illam informem formam litterae M velim non mihi inputes. Est enim a typotheta profecta, qui cum ea certa litterae forma deesset artificio quodam illam conposuit et me inscio suo ex arbitrio expressit. Forma litterae qualem volo est haec fere: M.

p. 127. 4. *post* postulatur *dele punctum.*

p. 128. 6. *post* inspexerit *dele comma.*

p. 129. 8. *post* Idem *omissum est* nomen; *legas*: Idem nomen restituendum videtur.

p. 134. 18. *ἐνιαυτῷ p. ἐνιαντῷ.*

p. 139. 9. notatum sit *p.* notatum erit.

p. 142. 16. *Post Μήδειος deest comma.*

— 15. *post Μήειος comma omissum est.*

— 21. eligerentur *p.* elegerentur.

p. 147. 12. *πρῶτος p. πρώτος.*

— 13. *ἀγώνων p. ἀγώνον.*

p. 150. 14. *Σεκοῦνδος p. Σεκούνδου.*

p. 156. 10. 5. cf. pag. *146 p.* cf. pag. 145.

p. 159. 7 cf. pag. *138 p.* cf. pag. 195.

— 10. cf. pag. *138 p.* cf. pag. 195.

p. 133. ad comment. XVIII. Sero, cum illa commentatio iam litteris consignata esset, A. **Kirchhoffii**, praeceptoris carissimi, benevolentia aliud eiusdem lapidis apographum in manus meas pervenit, quod exhibetur in libro „*Ἐπι-*

γραφαὶ ἀνέκδοτοι" Athen. 1860 *φυλλάδ. ά* no. 11. — Operae pretium videtur esse utrumque apographum conparare. Omitto quae nullius momenti sunt discrepantias.

Col. I.

Vs. 3 P(ittakisianum apograph.) *Θεοδωρίδη*. E(pigraphae anecd.) minus integrum *Θεοδωρι* . . . .

Vs. 6 P. NIKIΆC. E. NIKIΆC KΆI, ut vs. 6 et 7 coniungendi videantur (*Νικίας καὶ Ἰσιγένης*). Quod maxime offendit. An illo anno duo una archontis munere functi sunt? Nullum huius rei adhuc extat testimonium. Accedit quod ne minima quidem vestigia vocabuli KΆI Pittakis. apographum praebet. Itaque admodum dubito num re vera in lapide legatur KΆI. Rimae lapidis sunt fortasse, quas qui titulum descripsit pro illis litteris habuit.

Col. II.

Vs. 1. P. neglegenter *Μηειος*. E. recte *Μηδειος*.

Col. III.

Vs. 1. P. .....IOCO. E. nihil exhibet.

Vs. 2. P. ....IN..... E. nihil praebet.

Col. IV.

Vs. 6. P. ΛΕωΝΙΔΗC. E. ΆΘωΝΙΔΗC, quale nomen adhuc innotum. Pittak. sine dubio recte descripsit. Sed cognoscitur, quod idem etiam aliis lapidis locis potest observari, lapidem esse detritum neque ita facilem ad legendum. Itaque suspicor ab eo qui descripsit titulum saepius inter ipsum legendum, si quod nomen in lapide detritum ac parum perspicuum erat, magis divinando illud confectum esse. Quod adnoto ut adpareat quo iure supra in comm. XVIII interdum a lectione Pittakisiani apographi recesserim.

Vs 7. P. Θ ΟΦΙΛΟC. E. ΘΕΟΦΙΛΟC, quod nescio an ipse qui descripsit expleverit.

Col. V.

Vs. 5. P. ZHNωN. E. in tabula quidem nomen plane omittitur; nihilo secius in minusculis invenitur *Ζήνων*. Itaque haud ita diligenter confecta videtur tabula. — His perpensis alterum apographum (E.) multo adcuratius esse altero (P.) non dixerim. Unde moveri non possum ut maiore illi apographo (E.) fide habita ea quae supra pag. 133—146 disserui ipse infringam. Sane quidem remanet mihi scrupulus: etenim si is quoque cui illud apographum (E) debetur re vera legit in lapide col. IV vs. 3 ΆNTIOXOC (ac non ΆNTI . Λ . . OC), vs. 7 ΘΕΟΦΙΛΟC (ac non . Ε . . ΟΦΙΛΟC), col. V vs. 5 ZHN N (an non ʹ . NωN), si hoc demum constabit, non amplius integram sententiam meam potero retinere. Quamquam si non certorum illorum annorum, at archontum tamen catalogus mea quidem sententia vel sic usque remanebit.

BEROLINI
APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIVM (G. H. SINON)

TYPIS DRÆGERIANIS (C. FEICHTII)

Θ

[ΚΕ]ΚΡΟΠΙΔΟΣ

ΑΘΗΝΙΩΝ ΜΕΛ

. . ΙΟΤΟΣ ΕΡΜΟΛΑΟ

. . Ι ΦΙΛΟΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡ[ΙΔΟΥ ΜΕΛ-]

[ΔΙΟΣΚ]ΟΥΡΙΔΗΣ) ΜΕΛ

[ΠΟΣΕ]ΙΔΩΝΙΟΣ) ΜΕΛΙ

. . . . . ΙΩΝ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΥ

. . . . ΣΙΜΑΧΟΣ ΠΙΤΘΕΥ[Σ]